SYNOPSIS OECUMENICORUM ORIENTALIUM

...

Bonaventura n. 1660 Santelia

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
7
4 G
16

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu
20 C. 15

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

SYNOPSIS OECUMENICORUM ORIENTALIUM CONCILIORUM

AUTHORE

P. F. BONAVENTURA S. ELIA
Panormitano Tertij Ordinis
S. FRANCISCI S. T. M. &
in Collegio Siculo S. PAU-
LI de Arenula Urbis
S. T. Lectore.

In qua præter Hiſtoriarum notitiam, Hæreſum proſcriptionem, Canonumque Breuiculum.

Propoſitiones aliquot in Conciliorum & Apoſtolicę Sedis fauorem defenduntur aduersùs Recentiores Impugnatores.

PARS POSTERIOR

ILLUSTRISS. ET REVERENDISS. D. D.

IOANNI ROANO

Archi-Epiſcopo Montis Regalis in Sicilia, Regio Conſiliario &c.
Dicata.

ROMAE, Typis Angeli Bernabò, 1687.

Superiorum Permiſſu.

Biblot. Secr. Coll. Rom. Soc: Jesu

Digitized by Google

CONTINET
PARS HAEC
CONSTANTINOPOLITANVM III.
NICÆNVM II.
CONSTANTINOPOLITANVM IV.

Digitized by Google

ILLVSTRISS. ET REVERENDIS.

DOMINE.

QVI proprias elucubrationes, aliorum vtilitati allaborātes, in lucem promunt; ſolertiori ſtudio perquirunt Arcem, in qua Zoilorum incurſus euadere feliciter poſſint. Proinde benè ſibi conſulere arbitrantur, ſi talem ſortiantur Aſylum, in quo, vel Generis claritas, vel Literarum nobilitas, vel Dignitatis eminentia, vel præcipua Dos alia eni-

Digitized by Google

teat. Quis tamen illo felicior, cui talia ac tanta munimina, & decora in vno eodemque Propugnaculo reperire cõtingat? Ita ſanè mihi accidit, *Illuſtriſsime, & Reuerendiſsime Domine*, qui alteram hanc partem Synopſeos Orientalium Conciliorum emiſſurus, in *Te* mihi *Tutelam* eligo, in quo vno, quæ probè apparent in pluribus, integro cum *Nominis Tui* nitore concorditer coaleſcũt. Vereor, ne ſingularis, qua præditus es Modeſtia, adminicula, quibus vallum

mihi

mihi conſtruo, palam pa-
tiatur efferri. Silendum
igitur, quid de Sanguinis
claritate, Scientiarum en-
cyclopedia, Virtutum af-
fluentia, & Dignitatum
coronide enumerare poſ-
ſem. Sed velis nolis, ſatìs
conclamat Iberia vetuſtiſ-
ſimæ *ROANORVM* fa-
miliæ illuſtrata ſplendore;
ſatìs miratur Salmaticen-
ſium Archilicæum Tuis
irradiatum doctrinis; ſatis
Sapientiæ Virtutumque
Tuarum amplexum apud
*CAROLVM Regem no-
ſtrum* teſtantur Italię Pro-
ceres; ſatìs *Rex* ipſe oſten-

dit, *Te* alijs, *Cephaludij* priùs, dein verò *Montis Regalis Baculo* præferens; ſatis *SVMMVS PONTIFEX* autumat eiſdem *Tiaris* inſigniens, ad vlteriora, promoturus, vt ſpero; ſatis denique admirabunda fatetur Trinacria, gloriaturque, ſe tanta decoratam aſpiciens, quanta in *Te* emicat, morum integritate, Paſtoralis Officij vigilantia, Animarum Chriſti Sanguine redemptarum cura, cunctarumque ſilentio potiùs veneranda, quàm ſcripto recenſenda Virtutum ſuppel-

pel-

Digitized by Google

pellectile. At forſan eſt; quare ſuſpicer, adeo puſillum Clientem tam ingentis ſpe *Tutelæ* deceptum iri? Sed plures, & non vulgares *Tuæ* in me *Propenſionis* teſtes, hoc me vereri non ſinunt. Quem enim latet, quanta Animi alacritate Ordinis, ac Prouinciæ meæ negotia, proprijs forſitan reclamãtibus, aſſumpſeris? Et vt plura cum in generali, tum in particulari omittã, illud recenſere iucundum experior, quo ipſum adhuc ſub Preceptore literis operantem, non impari

Tan-

Tanti Præſulis munificen-
tia diſtrinxiſti : dicantem enim in naſcentis obſequij ſpecimen, vniuerſæ Theologiæ theſes, Panormi in Patria mea publicè propugnaturum, nedum certamini præſens ingenij frigiditatem fouiſti, ſed ex profeſſo argumenta reſumens, ſummo honore afficiens excitaſti, & inexhauribiles *Sapientiæ Tuæ* theſauros palàm facere non es dedignatus. Hæc reuoluenti, non ſolũ ſpes non remittitur, ſed concepta in adultam euadit. Fore igitur confido,

vt

vt ea, quæ *Tua* eſt, *Indulgentia* hanc qualemcumque à me elaboratã Conciliorum Synopſim excipias, tuearis; quo fiet, vt *Tua* in me *Beneficentia*, meuſq; in Te cultus & obſequium clariùs eluceſcant.

CENSVRAE.

POſteriorem Partem Synopſeos Conciliorum Generalium Orientalium à Synodo quinta ad Octauam incluſiuè, ſcriptam ab Adm. Reu. P. Mag. Fr. Bonauentura S. Elia Panormitano legi, iubente Reuerendiſſimo P. Magiſtro Sacr. Pal. Apoſt: Puteobonello; & laudem quam in Priori Parte Auctor promeruit in hac non minuit ſed potius auxit: Ex Vrbano Collegio de Propaganda Fide hac die 24. Iulij 1687.

Ioannes Paſtricius Phil: ac Sacr. Theol. Doctor, ibidemque Theol. Polemicæ Lector.

PRodeat & iſte ſecundus libellus Conciliorum Generalium, quæ in Oriente fuere celebrata, continuans dare ſynopſim omnino legendam, in qua nihil diſſonat à Fide, nihil à bonis moribus; ſed ſuo Authore dignus, ſecundus ordine, nihilominus à primo delectabit. Ita ſentio ex Aedibus S. Mariæ in Porticu in Campitello. Hac die 23. Iunij 1687.

Franciſcus Maria Campionus. Sacræ Theologiæ Lector.

Digitized by Google

CVm ex mandato Reuerendiſſimi Patris Magiſtri Hippolyti Roſini Tertij Ordinis Sãcti Patris Franciſci Generalis percurrerim librum cui titulus Oecumenicorum Orientalium Conciliorum Synopſis &c. Poſterior Pars &c. Auctore A.R. Patre Magiſtro Bonauentura Sant' Elia Sacræ Theologiæ Lectore, nihil in eo reperi, quod, aut fidei, aut bonis moribus aduerſetur, quinimmo eruditionis Eccleſiaſticæ ſtudioſis non parum vtilitatis allaturum exiſtimo. Typis ergo mandari poterit:

Ego Frater Archangelus Garinas Siculus Afforenſis Tertij Ordinis Sancti Franciſci Examinator Generalis, & Sacræ Theologiæ Doctor ac Regens.

FRA-

Digitized by Google

FR: HIPPOLYTVS ROSINVS à Parma S.T.D. Sancti Officij Conſultor in Patria, & Examinator Sinodalis, nec non Religionis Tertij Ordinis S. FRANCISCI Regularis Obſeruantię Miniſter Generalis, & *Seruus*.

CVm opuſculum inſcriptum *Poſterior Pars Conciliorum Oecumenicorum Orientalium &c.* ab A. R. P. M. Bonauentura S. Elia in noſtro Collegio Siculo S. Pauli de Arenula Vrbis S. Theologiæ Lectore elaboratum, præfatus Examinator Generalis, cui commiſimus recognouerit, & in lucem edi poſſe probauerit; facultatem facimus, vt Typis mandetur, ſi ijs, quorum intereſt, videbitur. In quorum fidem has litteras manu noſtra ſubſcriptas, ſigilloque noſtro munitas dedimus. Parmæ in noſtro Venerabili Conuentu S. Mariæ de Quarterio quinto Kalendas Ianuarij 1686.

Fr. Hippolitus Roſinus Generalis.

Loco † ſigilli;

Fr: Petrus Paulus Manzanus à Parma S.T.M. Colleg. ſtudiorū Regens, & Proſecretarius Generalis:

Digitized by Google

CONCILIVM CONSTANTINOPOLITANVM

TERTIVM.

Celebratum ſub Agathone Summo Pontifice. Præſidente per ſuos Legatos Theodorum; & Georgiũ Presbyteros, Ioannem Diaconum; & Conſtantium, ſeu Conſtantinum Subdiaconum.

Præſente Conſtantino Pagonato Imperatore.

Pro ſuſtinenda dupplicitate operationum in Chriſto Domino, diuinæ videlicèt & humanę, contra Monothelitas.

Conuenientibus Epiſcopis compluribus, quorum incertus numerus, licèt iu-

ta Annales Græcorum fuerint 289.

Confirmatum à Leone II. Siculo Petri Cathedram gubernante.

SVMMARIA
MONOTHELITICÆ
Nec non & Conſtantinopolitani tertii Generalis Concilii Hiſtoriæ notitia.

OCCASIONEM huic Oecumenico & Vniuerſali Concilio dedit Monothelitarum hæreſis vnicam in Chriſto Domino admittentium operationem. Peruerſi huius dogmatis vel Author vel Propagator præcipuus extitit Sergius Parentibus, Iacobitis (Theophane teſte) natus, qui poſt obitum Thomæ Conſtanti-

Digitized by Google

nop. Patriarchæ ad illam Sedem euectus ob ſui bonam famam, quæ adeò celebris erat, vt ipſi ſcripſerit S. Theodorus Siceota: *Idcircò Tibi iuueni tantum Deus onus impoſuit, vt maiori virtute, viribusque ſuſtineas calamitates impendentes. Confirma igitur Te, & robuſtus ſis; Deo enim confiſus ſpero adminiſtrationem tuam, & diuturnam, & præclaram fore.* Paucos poſt annos, *ex optimo* (vt cum Baronio loquar) *nequiſſimus redditus, Caput, & Dux factus Monothelitarum;* deteſtabilis dogmatis virus ſpargere cępit tali dolo & aſtutia, vt ſe potiùs veritatis indagatorem, quàm Catholicæ deſtructorem Doctrinæ oſtenderet. Scripſit enim ad quemdam Georgium, cognomine Arſam, quem eſt deprecatus, vt ſibi Patrum authoritates trãſmitteret, quibus vnica operatio ſtatui poſſet in Chriſto Domino. Scripſit ad Paulum Monoculum Seueri diſcipulum ad ipſum trãſ-

mittens Vigilij Papæ ſermonem acclamatorium, quèm, à ſe, (vt veriſimilius eſt) confictum, vt impij ſui dogmatis dictum Pontificem defenſorem adſtrueret, à Theodoro Epiſcopo Pharanis Ciuitatis Arabiæ approbari curauerat. Scripſit, & ad Cyrum Phaſidis priùs Epiſcopum, dein in ſuorum ſcelerum præmium Patriarcham Alexandrinum ab Heraclio Imp. effectum, Theodoro præfato coniunctum, quem, hæreſeos, in cuius defenſione aliquantulùm hæſitabat, propugnatorem effecit effrontem. Scio autem eſſe, qui dubitent Cyrus nè Sergium, an Sergius Cyrum in Monotheliſmum rapuerit? At hoc ſecundùm longè videtur probabilius ex ijs, quæ idem Cyrus habet in ep. ad Sergium:

Fouit hæreſim hanc Heraclius Imperator, qui cum anno 12. imperij ſui arma mouiſſet aduersùm Coſroem Perſarum Regem, anno

13.

13. in partes Armeniæ exercitu feliciter perducto, congreſſum illic habuit cum Paulo Seueriano, cum quo ſermonem inſtituit de vnica in Chriſto Domino voluntate atque operatione: *Ante aliquod certum tempus*, ait Sergius in ep. ad Honorium, quæ habetur act. 13. ſextæ Synodi, *Cùm aduerſus Perſas confirmatus Dominus noſter, & magnus victor Imp. promouebat certamina à Deo ſibi credita Chriſto amabilis Reipub. & ad partes Armeniæ Prouinciæ perueniſſet*, (anno, videlicèt, 13. Imperij ſui, vt habet Baronius, & probat Tamagninus hiſt. Monot. fol. 8. & 9. qui fol. 10. & ſeq. oſtendit quoquè diuerſum eſſe hunc congreſſum Imp. cum Paulo à mox ſubnectendo eiuſdem Imper. cùm Athanaſio Patriarcha Iacobitarum) *vnus ex Principibus impiæ partis Seueri execrabilis, nomine Paulus, in illis locis apparens, ad eius Pietatem acceſſit ſermonem pro*

ſua errabunda hæreſi proferens. . . . Imperator verò recta atquè immaculata è diuerſo protulit Dogmata, interquè & vnius operationis Chriſti Domini Dei noſtri mentionem effecit; Anno verò imperij ſui 20. feliciſſimè perfunctus à Bello Perſico, dum otioſus Edeſſæ viueret, in alienam meſſem ingredi auſus cum Athanaſio Iacobitarum Patriarcha de Dogmatibus Eccl. ſermonem habuit, de quo audiendus Theophanes: *Anno 20. imperij Heraclij Hormiſda regnat in Perſis. Cùm autem eſſet Heraclius apud Hierapolim, venit ad eum Athanaſius Patriarcha Iacobit. vir acris & nequam ingenij, Syrorum inditas verſutias poſſidens: & moto de Fide ad Imp. ſermone repromiſit ei Heraclius, ſi Chalcedonenſem Synodum ſuſcepiſſet, Patriarcham illum Antiochiæ ſe facturum. At ille ſimulatè ſuſcepit Synodum; interrogauit autèm Imp. de operatione & voluntatibus, qualitèr has in Chriſto dicere*

cere oporteret, duplas an ſimplas? Tunc Imper. vocis nouitate conſternatus ſcribit Sergio *Conſtãtinop. Epiſc. aduocat etiam Cyrum Epiſ. Phaſidis: & hoc interrogato reperit eum conſentientem* Sergio, *in vnam voluntatem & operationem;* Sergius *enim vt potè* Syrus *genere, &* Parentibus *Iacobitis exiſtens, vnam naturalem voluntatem & vnam operationem in Chriſto reſcripſit atquè confeſſus eſt.*

Florebat eo tempore Sophronius Sanctiſſimus Monachus Orthodoxæ Doctrinæ Propugnator inuictus, qui Alexandriam, ad cuius Thronum euectus iam fuerat Cyrus & Conciliabulum, cùm nouem capitulis celebrauerat, priùs ſe tranſtulit, vt Cyrum à perniciosiſſimo errore precibus & rationibus dimoueret; dein verò agnoſcens ſe nihil proficere poſſe cùm Cyro, Conſtantinopolim adijt, vt Sergium Patriarcham pro Cyro coercendo inſtaret, & poſt non-

Digitized by Google

ſua errabunda hæreſi proferens . . . . Imperator verò recta atquè immaculata è diuerſo protulit Dogmata, interquè & vnius operationis Chriſti Domini Dei noſtri mentionem effecit; Anno verò imperij ſui 20. feliciſſimè perfunctus à Bello Perſico, dum otioſus Edeſſæ viueret, in alienam meſſem ingredi auſus cum Athanaſio Iacobitarum Patriarcha de Dogmatibus Eccl. ſermonem habuit, de quo audiendus Theophanes: *Anno 20. imperij Heraclij Hormiſda regnat in Perſis. Cùm autem eſſet Heraclius apud Hierapolim, venit ad eum Athanaſius Patriarcha Iacobit. vir acris & nequam ingenij, Syrorum inditas verſutias poſſidens: & moto de Fide ad Imp. ſermone repromiſit ei Heraclius, ſi Chalcedonenſem Synodum ſuſcepiſſet, Patriarcham illum Antiochiæ ſe facturum. At ille ſimulatè ſuſcepit Synodum; interrogauit autèm Imp. de operatione & voluntatibus, qualitèr has in Chriſto dicere*

cere oporteret, duplas an ſimplas? *Tunc Imper. vocis nouitate conſternatus ſcribit* Sergio Conſtātinop. *Epiſc. aduocat etiam Cyrum Epiſ.* Phaſidis: *& hoc interrogato reperit eum conſentientem* Sergio, *in vnam voluntatem & operationem;* Sergius *enim vt potè* Syrus *genere, & Parentibus Iacobitis exiſtens, vnam naturalem voluntatem & vnam operationem in Chriſto reſcripſit atquè confeſſus eſt.*

Florebat eo tempore Sophronius Sanctiſſimus Monachus Orthodoxæ Doctrinæ Propugnator inuictus, qui Alexandriam, ad cuius Thronum euectus iam fuerat Cyrus & Conciliabulum, cùm nouem capitulis celebrauerat, priùs ſe tranſtulit, vt Cyrum à perniciosiſſimo errore, precibus & rationibus dimoueret; dein verò agnoſcens ſe nihil proficere poſſe cùm Cyro, Conſtantinopolim adijt, vt Sergium Patriarcham pro Cyro coercendo inſtaret, & poſt non-

nullos congreſſus Sophronius & Sergius conuenere vt nulla ampliùs vnius, vel duarum in Christo voluntatum mentio fieret. Sed alia fuit in hac conuentione (cuius fides ſit apud eumdem Sergium ep. ad Honorium) Sophronij mens, alia vaferrimi Patriarchæ: Sophronius enim ex tali ſilentio hæreſos extirpationem paulatim futuram ſperabat: Sergius verò indè occaſionem arripuit, magis virus ſuum effundendi illud colore cooperiens Orthodoxo. Scripſit itaque Sergius ad Honorium tunc Petri Cathedram gubernantem, ipſum rogans, vt nequè vna, nequè duę in Chriſto operationes in poſterùm dicerentur ob emergens ex illarum vocum vſu ſcandalum; quod fecit verbis adeò æquiuocis, & Orthodoxam Doctrinam præſeferentibus, vt Honorius attendens præſertim ad Sergij bonam famam, quæ adhùc integra erat, & ab omni pror-

prorsùs hæreſeos ſuſpicione aliena, nullo modo malitiam eius & calliditatem deprehendens, ſed ſano & Catholico ſenſu epiſtolam eius intelligens Sergio ſemèl atquè iterùm reſcripſit, ipſius collaudans prudentiam in truncanda vocabulorum nouitate, ex qua in Oriente complura naſcitura mala conijciebat. Firmus tamèn ſemperquè conſtans reuerà fuit Honorius in docenda duplicitate operationum in Chriſto, immò & in ipſamet ſilentii indictione laudabilis, ob quam nec fuit, nec potuit eſſe damnatus in Synodo ſexta, vt in propoſitionibus controu. pro viribus demonſtrabitur.

Interim Sergius & Cyrus à fide Sophronio priùs, dein verò Honorio præſtita defecerunt, nil intentatum relinquentes pro vnica in Chriſto operatione ſtabilienda. Ipſis autèm ſe oppo-

ſuit Sophronius iàm Hieroſoly-
morum Epiſcopus creatus, qui non contentus Hæreticos admonitionibus & rationibus commonere, duorumquè editione librorum, in quibus ſexcēta P.P. teſtimonia pro duplicitate operationis in Chriſto continebantur vnicum, vel vt alii cenſent duo celebrauit Concilia, in quorum primo compoſuit ſacram illam Encyclicam, quæ ad Patriarchas mitti debebat, & adducitur act. 13. præſentis Synodi, vbi diſertiſſimis P. P. teſtimonijs comprobat dualitatem operationum in Chriſto. In ſecundo, Hæreſim Sergianam confodit anathemate, fraudeſquè aperuit à Conciliabulo Alexandrino deſupèr indicato Catholicis illatas. *Intèr hæc* (ait Theophanes) *Sophronius conſecratur Ep. Hieroſ. qui congregatis ſub ſe degentibus Epiſcopis, impium, id eſt vnam voluntatem dogmatizantium Monothelitarum dogma mucrone ana-*

anathematis percutit . Certiorem fecit de à ſe factis Honorium Sophronius, priùs Legatos ad ipſum mittens cùm ſua Synodica, dein verò, graſſante in dies Monothelica peſte, Stephanum Dorenſem Epiſc. ad eum deſtinans, à quo audiens Honorius Catholicam Sophronij mentem, Sergijquè & Cyri calliditatem detegens (loquor iuxtà ſententiam non infimæ notæ Hiſtoricorum, quos ſequutus eſt P. Marcheſius) Sophronio adhæſit, ipſius Synodalia acta ſuſcipiens, & in Monothelitarum hæreſim damnationem confirmans. Scio hoc non admitti ab Anti Honorianis Scriptoribus, ſed oppoſitum ab ipſis doceri, vt videre eſt poſt alios apud Tamag. hiſt. Monot. ſcrut. 2. §. 7. & 8. nec ipſe ad præſens curo ab ipſis adductas coniecturas examinare, vt potè argumentum hoc in Honorij vindicationem non adducturus. Aduerto ſolùm commu-

nem eſſe Scriptorum ſenſum Sophron. ante Honor. vnico ſaltèm anno è vita exijſſe, ipſumquè non ad Ioannem IV ſed ad Honorium Synodicã miſiſſe, adeòquè erraſſe Theophanem, Cedrenum, Zonaram & alios, *Honorij*, vice, *Ioannem*, ponentes, vt de Cedreno,& Zonara ex aduerſarijs ipſis notat Tamag. ſcrut. 2. §. 8. vndè facilè credi poteſt eumdem errorẽ irrepſiſſe in reliqua hiſtoriæ loca, adeòque, quòd cùm inquiunt Ioannem IV. approbaſſe Sophronij acta Synodalia, &c., omnia hæc Honorio tribui debeant. Legatur Marcheſius diſſ. 1. cap. 5. & 6. accuratè ac ſolidè hoc comprobans.

Vigilantiſſimi Præſulis Sophronij vulgata Synodica, Heraclius Imperat. Edictum *Ecthesis* nomine promulgauit in quo eſto præceperit nè quis vnicam vel duas in Chriſto operationes aſſereret, vnicam nihilominùs

vo-

voluntatem ſtabilijt: *Nullo modò* (ſunt eius verba) *concedentes alicui ex omnibus vnam vel duas dicere, ſiuè docere operationes in Diuina Domini Incarnatione &c.* ſèd infrà: *Vndè* SS. *P.P. in omnibus & in hoc ſequentes vnam voluntatem D. N. I. C. veriſſimi Dei confitemur &c.* *Ecthesis* huius auctorem reuerà non Heraclium fuiſſe ſed Sergium, teſtatur Martinus P. ſecr. 3. Syn. Lat. vt habet Baron. an. 639. n. 1. *Nouæ Ecthesеos audiamus commentum memorati Sergij quam Ecthesim ſuaſit in tempore ſuo nomine Heraclium quondam Imper. titulare.* Immò & ipſemet Heraclius id ipſum faſſus eſt verbis illis, quæ S. Maximus adducit in coll. cum Principibus in ſecret. vt habet inter coll. Anaſt. *Ecthesis non eſt mea: Nequè enim ego vel dictaui, vèl iuſſi vt fieret Sed cùm hanc Sergius Patriarcha compoſuiſſet ante quinque annos priuſquàm ab Oriente repedaſſem, deprecatus eſt me, cum*

ad

Digitized by Google

ad hanc fælicem perueniſſem Vrbem, vt nomine meo proponeretur cum ſubſcriptione, & ſuſcepi deprecationem illius: nunc verò cognoſcens, quòd quidam ſuper ea altercarentur, cunctis facio manifeſtum quòd non eſt mea.

Editam ab Heraclio Ecthesim Sergius per Conciliabulum Conſtantinop. nedùm confirmauit vi cogens Epiſcopos vt dictæ confirmationi ſe ſubſcriberent, vt habet Ioan. 4. ep. ad Conſtantinum: *Comperimus quòd charta quædam mandata ſit, in qua Sacerdotes ſubſcribere coacti ſunt contra tomum beatæ memoriæ Papæ Leonis & Chalcedonenſem Synodum.* Sed à Rom. Pontif. (qui an fuerit Seuerinus non conſtat) confirmari curauit, *verùm*, vt habet Martinus ſect. 3. ipſe ac eius aſſeclæ, *ceciderunt à ſua ſpe, mentiti contra Caput proprium: nec enim ſuſcepta eſt omninò aut admiſſa ſecundùm vanam eorum ſpem, magis autèm condemnata eſt, & anathe-*

thematizata ab Apoſtolica authoritate, hùc tranſmiſſa peſſimæ & præſumptæ nouitatis eorum Ecthesis.

Has aliaſquè ſimiles procellas paſſa eſt Petri Nauis vſquè ad ſextæ generalis Synodi indictionem, ſempèr tamèn firma permanens & inconcuſſa. Ex Patriarchis enim C. C. Sergij malitiæ ac peruicaciæ, non minùs, quàm dignitatis Succeſſor fuit Pyrrhus, qui coacto Conciliabulo *Ecthesim* approbauit & confirmauit. Anno autem 641. ſibi conſcius mortis Conſtantino Heraclij Succeſſori per veneficium ab eius Nouerca Martina illatæ, tanti ſceleris ſupplicium euitare cupiens Patriarchatum depoſuit. Quidquid dicant cùm Platina nonnulli Scriptores arbitrantes Pyrrhum Fidei cauſa ab Imperatoribus exagitatum fuiſſe, contra quos vnanimitèr cohærent Nicephorus, Zonaras alijquè hiſtorici magnæ notæ, & Theodorus Papa, qui in ep. ad Pau-

Paulum exulis Pyrrhi in Patriarchatum Succeſſorem, & in alia ad Epiſcopos, qui Paulum conſecrauerant, totus eſt, vt ipſis ſuadeat Synodicam Pyrrhi damnationem, vt Canonica eſſe poſſit electio Pauli. Pyrrho in Africa extorri, dùm Regionem illam hæreſeos labe inficere conaretur, contigit, diſputationem inire cùm Sanctiſſimo Abbate, pietate, zeloquè Fidei non minùs quàm nomine Maximo, à quo ſe deuictum faſſus praua dogmata ſe damnaturum promittens Romam ſe contulit, vbi Theodori pedibus Monotheliticum abiurauit errorem. Sed fictam ac ſimulatam fuiſſe abiurationem huiuſmodi, oſtendit euentus. Etenim *cùm Roma diſceſſiſſet* (Theophanes loquitur) *& Rauennam perueniſſet, vt Canis ad vomitum ſuum reuerſus eſt. Quo Papa Theodorus comperto, conuocato Eccleſiæ cœtu ad ſepulchrum Verticis Apoſtolorum acceſſit,*

&

& diuino Calice expoſtulato, ex viuifico Sanguine in atramentum ſtillauit, & ità propria manu depoſitionem Pyrrhi, *ac ei communicantium fecit.*

Alius Conſt. Patr. fuit Paulus Sedem exulis Pyrrhi fauore Conſtantis, poſt Conſtantinum, Imperatoris, occupans, qui Patriarchatus initio, hæreſeos venenum pharmaco ſimulationis cōprimens, illud poſt aliquod tempus enomuit, nouum componens edictum *Ecthesi* Sergianæ ſimillimum, quod ſub *Typi* nomine à Conſtante promulgari fecit, ſe, tanto ſcelere, dignum reddens Pontificia damnatione, de qua liber Pontif. Anaſt. *SS. Papa Theodorus ſcripſit Paulo Patr. Regiæ Ciuitatis, tàm rogans quàm regulariter increpans, necnon per Apocriſiarios per hoc maximè deſtinatos præſentialitèr admonens & conteſtans, quatenùs proprium emendaret commentum, atquè ad Orthodoxam Fidem*

dem Cathol. Eccl. remearet. Et neque rogantes, neque increpantes potuerunt eum à ſuo conamine quoquo modo reuocare, propter quod iuſtè ab Apoſtolica Sede ipſe depoſitionis vltione percuſſus eſt.

Paulo ſucceſſere in Patriarchatu, præter Pyrrhum, (qui denuò Conſtant. Sedem occupare minimè eſt veritus) Petrus, Thomas, Ioannes, & Conſtantinus. De tribus vltimis altercantur Scriptores an fuerint Catholici? De Petro antèm, nulli dubium eſt ipſum fuiſſe vaferrimæ Prædeceſſorum nequitiæ impijſſimum Sectatorem. Ad Patriarchalem enim Sedem ſe euectum conſpiciens, Synodicam ad Eugenium Rom. Pont. direxit obſcuriſſimam & ambagibus obvolutam, *quæ minimè eſt ſuſcepta* (ſunt verba Anaſt. in Pontif. lib. in Eugenio) *sèd cùm maiori ſtrepitu eſt à S. Dei Eccleſia proiecta, vt etiam nec eumdem Papam dimitteret Populus, vel Clerus, Miſſas cele-*

celebrare in Baſilica S. *Dei Genitricis ſemperquè Virginis Mariæ, quæ appellatur ad Præſepe, niſi promiſiſſet ijs, ipſe Pontifex minimè eam aliquando ſuſcipere*. Conatus eſt etiam Petrus, ſed fruſtrà, S. Maximum ad ſui communicationem inducere, ad hunc finem ad ipſum à Conſtante dirigere faciens Theodoſium Epiſ. Ceſareæ Bithiniæ. Hiſquè non contentus fraudibus, vt à Catholicis Catholicus haberetur, Hæreticus ab Hæreticis, vnam cùm his *ſubſiſtentialem*, docuit operationem in Chriſto, (in hæreticorum ſenſu) duas verò cùm illis naturales admiſit.

Ex Imperatoribus duo infauſtis hiſcè temporibus extitere Orthodoxæ Fidei infenſiſſimi hoſtes, Heraclius, videlicèt, (de quo ſatis ſint ſuperiùs dicta) & Conſtans, de quo omiſſis immaniſſimis flagitijs, vtcumquè iàm indicatis ſilendum prorsùs non eſt ipſorum omnium maximum

in.

in Sanctiſſ. Pont. Martinum patratum. Audiens namquè Conſtans *Typum* à ſe editum à Synodo Lateranenſi approbante Sancti Martino proſcriptum fuiſſe, parùm curans de eiuſdem Sanct. Pont. prudenti Oeconomia, ſcelus omne in Paulum refundentis, ipſum verò magnificis titulis honorantis, quaſi ab omni probro extitiſſet immunis, Olympium Exarcum in Italiam miſit, vt ibi *Typo* adhærentes Epiſcopos, foueret blanditijs, *Typo* verò reluctantes pænis afficeret. Romam peruenit Exarchus, cumquè Caput à membris ſeparare non poſſet, impio Spathario demandauit, vt vi trucidaret Martinum, dùm ab illo Euchariſtiam acciperet, quod ille facere attentans illicò eſt obcæcatus. Qua Spatharij excæcatione mentis oculos adaperiens Olympius, facti pœnitens, pacequè inita cùm Eccleſia, exercitum colligens, contra Saracenos perrexit in

in Siciliam. Spe ſua fruſtratum ſe adſpiciens Imp. Romam Calliopam proficiſci iuſſit, vt aduersùs S. Pontificem exequutioni mandaret, quod exequi diſtulerat Olympius. Romam igitùr perueniens Calliopas Lateranenſem Baſilicam cùm militari manu eſt ingreſſus, indeque S. Pontificem violentèr abſtraxit, in quo admirabilis prorsùs fuit Romani Cleri conſtantia, non enim timuerunt, teſte eodem S.S. Pontif. ep. ad quemdam Theodorum, *in preſentia Exarchi ac Theodori Cubicularij*, *Presbyteri & Clerici clara voce dicere*: *Anathema habeat quiſquis dixerit vel crediderit, quia Martinus vſquè ad vnum apicem Fidem mutauit aut mutaturus eſt*. Ductus eſt deinceps Conſtantipolim Pontifex, indeque exilio in Cherſoneſum eſt deportatus, vbi per continuas ærumnas glorioſum martyrium fæliciter conſumauit. Quo tempore inuictiſſimus Ab-

bas

Digitized by Google

bas Maximus lingua, manuque mutilatus exul mittitur in Caſtellum quoddam Alaniæ, vbi conſumato vitæ curſu, ad laborum ſuorum præmium aſſequendum euolauit.

His de Imperatoribus & P.P. C. C. indicatis, aliquid inſinuandum videtur de Pontificibus ſummis, infauſtis hiſce temporibus Eccleſiam Catholicam gubernantibus. Fuere hi Honorius I. Seuerinus, Ioannes IV. Theodorus, Martinus I. Eugenius I. Vitalianus, Adeodatus, Donus, ad quem directæ fuerunt literæ pro conuocatione ſextæ Synodi generalis. Hos omnes firmos, ſtabileſque ſemper fuiſſe in Orthodoxæ Fidei defenſione nulli dubium eſt, Honorio excepto, quem non deſunt qui cenſeant in hæreſim prolapſum fuiſſe; ex ijs verò, qui ipſum ab hęreſi vindicāt, complures damnatum & quidem iuſtè putant à Synodo ob Oeconomicam conniuen-

niuentiam, qua nimium hæreticis fauit. Nos verò (vt diximus) prop. 1. & 2. contr. piorum Scriptorum veſtigia ſequentes, Honorium & immunem ab Hæreſi, & alienum à damnatione, & ob Oeconomicam conniuentiam laudibilitate potiùs quàm ignominia dignum demonſtrabimus. Seuerinus paucis ſedit menſibus, tàmque paruo temporis interuallo ſanctimonia, benignitate, beneficentia in Pauperes, & iuxta aliquos, conſtantiſſima reiectione *Ecthesis* Sergianæ ſe reddidit glorioſum. Ioannes Synodum Romæ coëgit Monothelitas anathemate percutiens, & *Ecthesim* præfatam damnans, liberalitate in redimendis captiuis fuit inſignis. Romam è Dalmatia corpora S. S. M. M. Venantij, Anaſtaſij, Mauri & aliorum trasferri curauit. His alijſque præclarè geſtis, obijt poſt annum vnicum, menſes nouem, dies

tre-

tredecim ſui Pontificatus. Martinum iam vidimus Martirem, ob Catholicæ Fidei defenſionem. Eugenius electus fuit Papa Martino nondùm è viuis ſublato, ob tyrannicas ſuaſiones Calliopæ, quibus Clerum ad nouam compulit electionem Pontificis, Eccleſiam nonniſi poſt eius obitum Pontificia iuriſdictione gubernauit, Martino enim viuente Vicaria ſolùm vſus eſt Poteſtate. Sedit ab obitu Martini ſeptem, circiter menſibus, cumque adhuc eius eſſet Vicarius, Petri impijſſimam reiecit ad ſe miſſam Synodicam. Vitalianus ad ſummi Pontificatus apicem euectus litteras hortatorias dedit ad Petrum Patr. Conſt. ipſum enixè rogans vt Orthodoxam Fidem ſuſciperet. Synodicam miſit ad Conſtantem, prudentem oeconomiam ſequens Martini ſui Prædeceſſoris, qui in Concilio Later. eumdem Conſtantem plurimis honorouit encomijs. Dona

Digitized by Google

na ſibi à Conſtante miſſa beni-gnè recepit, immò & ipſemet Imperatori Romam venienti, ſex-to ab Vrbe lapide occurrit, nul-lo modo ipſi improbans, aùt ſce-leſtiſsimi *Typi* promulgationem, aùt tyrannicum Fratricidium, aùt barbarè in S. Martinum illatam mortem, vt tanta animi benigni-tate ipſum ad bonam frugem re-duceret. Ob hanc Vitaliani Oe-çonomiam ſunt qui (& ſi alij ad-uerſentur) aſserant Sedem Con-ſtantinop. tres obtinuiſſe Patriar-chas Catholicos, Thomam, vide-licèt, Ioannem, & Conſtantinum. Obijt VII. Kalendas Feb. cum ſediſſet annos tredecim & menſes quinque. Meruit vt eius nomen in diptychis legeretur poſt Ho-norium, reliquis licèt expunctis Pontificibus, cum quibus poſtea & ipſe fuit expunctus ab Hæreti-cis, Conſtantino vel inuito, vèl inſcio, vèl, vt nonnullis placet (ne-ſcio, quo fundamento) poſt lon-gam renitentiam, tandèm nè ſciſ-

ſuras iterùm pateretur Eccleſia, ipſo indulgente precibus Monothelitarum, donèc iterùm à ſexta Synodo in priſtinum locum fuit repoſitus. Adeodatus ſedit annos ſeptem, menſes duos, dies 17. plurima præclarè geſsit, inter quæ inſignis fuit eius erga Peregrinos beneficentia, quid autèm egerit contra Monothelitas, apud Hiſtoricos non inuenitur. Adeodato ſucceſsit Donus, qui poſt annum vnicum, menſes quinque, dies decem ſui Pontificatus, morte præuentus, nec litteras à Conſtantino Pagonato ſibi directas pro conuocatione generalis Cōcilij excipere potuit. Iam ſextę Synodi aliqualem demus hiſtorię notitiam.

Mortuo impijſsimo Conſtante (quem non deſunt, qui vocent incautè Conſtantinum vèl Conſtantium) Conſtantinus Pagonatus eius filius, Princeps religioſiſsimus Imperij ſuſcepit gubernacula, ſecumque adſciuit ad im-

pe-

perium fratres Tyberium & Heraclium. Is, debellatis Saracenis alijſquè Barbaris, Imperijquè pace firmata, de pace Eccleſiarum, quam ab initio imperij meditatus fuerat, agere inſtituit; videnſquè vnicum pro vnione Occidentis & Orientis remedium eſſe OEcumenici indictionem Concilij, pro ipſa ad Donum Papam litteras direxit, ipſum rogans, vt Legatos Sedis Apoſtolicę ad Cõcilium mitteret. Imperiales literæ non in Doni manus deuenere, ſed Agathonis, qui adeò iuſta petitione gaudens, coacta Romæ Synodo 125. Epiſcop. Fidei quæſtionem definiuit, mòxquè tres ſelegit Theodorum, videlicèt, & Georgium Presbyteros & Ioannem Diaconum, quibus Anaſtaſius, & epiſto a Leonis, de qua poſtea, addunt Conſtantinũ Subdiaconum, qui generali Concilio, ſuo nomine præſiderent, data ipſis ad Imperatorem epiſtola, in qua fatetur, Legatos nonniſi

inſtructos de Apoſtolicę Sedis ſententia Roma proficiſci, ipſis quo ad dubia & incerta, authoritate penitùs interdicta. Cùm Agathonis Legatis profecti ſunt etiam & Legati Rom. Synodi, videlicèt: Ioannes Portuenſis, Abundantius Paternenſis, & Ioannes Regienſis.

Anno itaquè 680. cum conueniſſent Conſtantiuopolim Orientales & Occidentales Epiſcopi numero 289. iuxta Annales Grę corum, 170. iuxta Photium, 171. iuxta Theodorum Balſamonem, 150. iuxta Paulum Diaconum, licèt actio vltima ſubſcriptiones contineat 166. Cæpta eſt ſexta generalis Synodus in ſecreti Palatij Imperialis, quod cognominatum eſt *Trullus*, annoquè ſequenti eſt abſoluta poſt actiones decē & octo. In quibus, confirmatis œcumenicis, quæ præceſſerant, Synodis, ſancitum eſt, duas eſſe in Chriſto Domino voluntates, totidèmquè actiones, diuinam

vi-

videlicèt & humanam, hancquè illi per omnia ſubditam & conſentientem. Damnati fuere omnes alitèr ſentientes, Sergius, Cyrus, Pyrrhus, Paulus, eorumquè aſſeclæ, quibus, non Sancta Synodus ſed æmuli Rom. Eccleſię, (vt probabimus infrà) adiunxerunt Honorium Rom. Pontif. Detectæ inſuper fuerunt Monothelitarum fraudes, quibus Patrum prȩſertim Dyoniſij authoritates, vel detruncarũt, vel immutarunt; Concilium quintum corruperũt, aliaquè permulta mendacijs & flagitijs plena facere non ſunt veriti, quæ pro ſtabilienda Monothelitica hæreſi, apta ipſis viſa fuiſſent. Perlectæ in eodem Concilio fuerunt Agathonis, Romaniquè Concilij epiſtolæ, & approbatæ. Edita deniquè fuit & promulgata Fidei definitio, omniũ Patrum ſubſcriptionibus munita, exclamantibus cunctis, ſciſcitante Imperatore: *Omnes ità credimus. Vna Fides. Omnes idip-*

Digitized by Google

ſum ſentimus. Omnes conſentientes & amplectentes ſubſcripſimus. Orthodoxè omnes credimus. Hæc eſt Fides Apoſtolorum. Hac eſt Fides Patrum. Hæc eſt Fides Orthodoxorum. His peractis Synodicam miſerunt Patres ad Agathonem ſummum Pontificem, plenam Decretorum omnium confirmationem ab ipſo rogantes; nam antea tranſmiſſa ipſi fuerant, vt par eſt credere, à Legatis, acta quibus Catholicum Dogma fuerat declaratum, quæ Pontifex per Eccleſias ſibi ſubditas, præſertim Gallicas & Hiſpanicas euulgauerat, vt videre eſt apud accuratiſſimum P. Marcheſium fol. 85. 86. & alibi. Synodica, Agathone morte præuento, in manus Leonis II Siculi peruenit, qui Synodum confirmauit, ſed eius epiſtolę non minùs, ac ipſa Synodus corruptæ fuere, vt in prop. contr. tangemus.

Nullos Canones edidit Sancta Synodus, vtì & fecerat quinta, quod

quod in cauſa fuit celebrationis Conciliabuli, *Quiniſexti* nomine, quia ad reſtaurationem quintę & ſextæ Synodi congregati ab Orientalibus. In ipſi duo ſupra centũ Canones emanarunt (quorũ, neſcio quẽ in duos diuiſum in aliqua editionę vidit Baronius, tres ſupra centum enumerans Canones) quos omnes nullius authoritatis eſſe vi *Quiniſexti Conciliabuli* probabimus prop. 3, cõtrouert. in qua nonnulla alia dubia circa hoc Conciliabulum reſoluemus.

Notandum hic pro adequata Monothelismi notitia, ipſum ante ſextam generalem Synodum profligatum fuiſſe à pluribus particularibus Concilijs, videlicèt, inter alia, præter Concilium habitum ſub Sophronio, de quo ſupra, à Mediolanenſi ſub Manſueto Epiſcopo Mediolani, cuius extat pars ſynodalis epiſt. ad Conſtant. Imp. relata à Baronio ad annum 679. num. 2. & ſeq. quam

tamen Paulus Diaconus Damiano Tinicenſi Epiſcopo tribuit apud cit. Baroniũ. n. 6. A Brittãnico ſub Theodoro Archiepiſcopo. A Numidico ſub Columbo. A Mauritanico ſub Reparato. De quibus vltimis, eſto dubitet Philippus Labæus an vnicum, vel tria diſtincta fuer int? motus ex Synodica, quæ habetur in Synodo Rom. ſub Martino I. ſcripta ad Theodorum Papam cõmuni nomine trium Conciliorum: *Columbus primæ Sedis Epiſcopus Numidiæ, & Stephanus primæ Sedis Concilij Mauritaniæ, & vniuerſi Epiſcopi de tribus Concilijs antedictis Africanæ Prouinciæ.* Ab huiuſmodi dubitatione abſoluit ipſum eruditiſſimus Emanuel à Schelſtrate in ſua Eccleſia Afr. diſſ. 4. cap. 6. fol. 313. docens priùs tres Africæ Primates celebraſſe propriam vnumquemque Synodum, dein cõmunem miſiſſe Synodicam, vt ex relatis verbis Synodicæ apparet, & ex alijs ſub-

ſubſequentibus : *Sed huius rei, quam memorauimus vrgente neceſſitate generali Africanæ Prouinciæ Conſtituto per Legatos diuerſorum Conciliorum inito, generalem hanc proſperè veſtro Culmini demandauimus relationem.*

RATIONES MONOTHELITARVM.

Contra dualitatem operationum Christi Domini.

PRima fundatur in aliquibus P.P. authoritatibus, quæ vnicam videntur ſupponere in Chriſto operationem. S. Dyoniſius enim ep. ad Caium *vnam eſſe in Chriſto Dei viſibilem operationem* fatetur. S. Greg. Nyſſenus ſcribens contra Eunomium : *Ità Diuinitatem per corpus, quod induit, cõmunem omnium ſalutem operari, vt propria eſt carnis perpeſſio, Dei verò ſit operatio.* S. Cyrillus lib. 4.

in Ioann.aſſerens *Chriſtum vnam cognatam operationem per ambas oſtend ſſe*.

Secunda deducta ex Chriſti vnitate his verbis afferebatur à Pyrrho diſp.cum S.Maximo: Pyrrhus: *Eſt nè vnus Chriſtus, an non?* Max. *vnus ſanè*. Pyrr. *Si igitur vnus Chriſtus, tamquàm vnus omninò etiam volebat, quòd ſi tamquam vnus volebat, vna prorsùs eſt & eius voluntas, non duæ*.

Tertia deducta ex eo quòd ex duabus operationibus nedùm duos Chriſtos eſſe inferebant ſed & duos Chriſtos oppoſitos, à Polemone vt habetur in Conc. Later ſecret. 5. ſic efformabatur: *Qui duas voluntates dicit Chriſti ſecundùm eos, qui dudùm & nunc inſtantur duos quoſdam introducunt Chriſtos ſibi inuicèm non ſolùm natura, ſed & odioſitate diuiſos, aut ſe ſibi oppugnantem docent: vbi enim eſt dualitas, diuiſio eſt per omnia*.

Quarta: Inſtrumenti & eius quod mouet vna eſt operatio, ità

ſe

Digitized by Google

ſe habent inter ſe Diuinitas, & Humanitas Chriſti D. ergo vnica in Chriſto debet admitti operatio.

RATIONES CONCILII. Contra Monothelitas.

PRima fundatur in Concilio Chalcedonenſi, in quo contra Eutycheten ſancitum fuit duas in Chriſto admittendas eſſe naturas, ob rationes in eodem Concilio à nobis expoſitas, vbi antèm duplex natura, duplex eſſe debet & operatio. Quam rationē ſic expoſuit poſtea Damaſc. lib. 3. Fidei Orthod. c. 15. fol. mihi 403. *Cum duæ in Chriſto naturæ ſint, duas quoque in eo actiones dicere neceſſe eſt. Quorum enim diuerſa natura eſt, horum diſpar quoque eſt actio: ac rursùs, quorum diuerſa eſt actio, horum etiam diſpar natura. Et contrà, quorum natura eadem eſt, horum & actio eadem; quorum antèm vna eſt actio, horum quoquè*

ſi Sanctis Patribus credimus, vna eſt eſſentia. Itaquè duorum alterum neceſſe eſt, aùt vt actionem vnam in Chriſto dicentes, vnam etiam eſſentiam dicamus, aùt ſi veritati hærere volumus, ac duas eſſentias iuxta Euang. doctrinam, ac de Patrum ſententia confitemur; duas item actiones congrua ratione eas comitantes fateamur. Nec reſpondere poſſunt Monothelitæ, quòd operatio hypoſtaſim ſequatur, non naturam, ſtatìm enim cogerentur vel admittere in Diuinis Perſonis voluntatum pluraſitatem, vèl negare Trinitatem Perſonarum. *Si cum operationibus* inquit Maximus Martyr diſp. cum Pirrho, *inferuntur Perſonæ, igitur cum Perſonis, vt conſequens eſt, inferentur operationes, & coacti eritis veſtras regulas ſecuti, aùt propter vnam operationem S. Deitatis, vnam eius Perſonam dicere, aùt propter tres eius Perſonas, tres quoque eius operationes.* Et citatus Damaſc. *Si vnà cum Perſona actio inducitur,*

con-

conſentaneum viciſſim eſt, vt vnâ quoque cum Perſona actio etiam inuehatur. Atque ità fiet, vt quemadmodùm tres Perſonæ, hoc eſt tres S. Trinit. Hypoſtaſes ſunt, ſic tres quoque actiones ſint: aùt contrà, quemadmodùm vna actio, ità vna quoque Perſona & Hypoſtaſis.

Secunda deducitur ex plurimis Sacræ Scripturæ authoritatibus, in quibus nonnullæ operationes Chriſti Domini recenſentur, quarum aliquæ ipſi competere non poſſent niſi eſſet Deus, aliæ non poſſunt eidem adſcribi, niſi eſſet homo, adeòque omnes ſimùl de Chriſto verificari non poſſent ſi vnica in ipſo eſſet operatio, vnica voluntas. Operationem & voluntatem diuinam deſignat illud Ioan. 5. 21. *Sicùt Pater ſuſcitat mortuos, & viuificat, ità & Filius quos vult viuificat.* Illud Matt. 8. 3. *Volo, mundare.* Illud Matt. 11. 27. *Neque Patrem quis nouit, niſi Filius, & cui voluerit Filius reueare.* Illud Matt. 9. 2. *Remittuntur*

tibi

tibi peccata tua, aliaquè permulta Scripturæ teſtimonia, quorum aliqua adduximus contra Arianos in Nic. Concilio. Voluntatem autèm & operationem humanam apertè demonſtrant, illud Ioan. 4. 34. *Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem eius qui me miſit*. Illud Ioan. 7. 1. *Non enim volebat in Iudæam ambulare, quia quærebãt eum Iudæi interficere*. Illud Marc. 24. *Surgens venit in partes Tyri, & ingreſſus in domum noluit aliquem ſcire, & non potuit latere*. *Ergo nè*, infert ex dictis authoritatibus Agatho ſummus Pontifex, ep. ad Imp. act. 4. huius Concilij perlecta: *Ille omnium Conditor ac Redemptor, de quo dicitur: Omnia quæcumque voluit Dominus fecit in cœlo & in terra, cuius velle hoc eſt quod poſſe, cuius nutui cœleſtes cũ tremore deſeruiunt Poteſtates, in terris latere volens non potuit? Quanto ergo errore talia non diſcernens inuoluitur, vt dicat, vna, eademque voluntate, & omnia in Cœlo & in ter-*

terra, quæ voluit, Dominum poſſe, & eadem iterùm voluntate in domo vili volentem latere non poſſe ſecundùm Euangelica teſtimonia? Idem argumentum breuiùs efformat S. Damaſcenus fol. mihi 404. *Si vna Chriſti actio eſt, eadem & diuinarum, & humanarum rerum parens erit & effectrix. At quì nulla res eſt, quæ in naturali ſtatu ſuo manens, contraria efficere queat. Neque enim ignis refrigerat, & calefacit, neque aqua exſiccat, & humectat. Quonam itaque pacto, qui & natura Deus eſt, & natura homo factus eſt, vna & eadem actione tùm miracula edidit, tùm cruciatu affectus eſt?* Eiſdem etiam ferè verbis loquitur S. Maximus diſp. cum Pyrrho: *Nulla res, dùm in naturalibus ſuis manet, apta nata eſt contraria facere, non enim ignis calefacit, & refrigerat; neque gelu refrigerat & calefacit, neque ſiccat terra & humectat, neque humectat aqua & ſiccat. Si igitur in nulla re hoc cernitur, quomodò non horruiſtis dicere*

cere

cere, Verbum incarnatum, & ſecundùm ſubſtantiam factum hominem miracula & paſſiones, quæ ratione naturæ inter ſe differunt vna operatione conſummaſſe?

Tertia primæ ſimilis deducitur ex natura ipſiuſmet operationis à Monothelitis admiſſæ. Etenim, vt inquit S. Maximus in diſp. cum Pyrrho: *Neceſſe eſt vobis, vt creatam, aùt non creatam dicatis operationem. Siquidem nulla penitùs intermedia eſt inter creatam & non creatam. Si creatam dicetis, ſolam naturam creatam indicabit operatio creata. Si non creatam, ſolam naturam increatam ſignabit. Oportet enim omninò naturalia naturis cõuenire. At quomodò fieri poteſt, vt naturæ creatæ, quæ cæpit eſſe, operatio ſit increata, & ſine principio atque infinita & creatrix & conſeruatrix, vel naturæ increatæ & principio carentis, operatio ſit creata & cæpta atque terminata, & quæ ab alia natura, ne diſſolui queat, conſeruetur?*

Quar-

Quarta: Si in Chriſto vnica eſſet voluntas, ea proculdubiò eſſet Diuina, vnde Verbum, naturam aſſumens, inaſſumptam reliquiſſet voluntatẽ ipſius. At hoc, quàm ſit abſurdũ, ſequens oſtendit S. Ioannis Damaſceni argumentũ: *Vt ait Gregorius Theologus,* inquit S. Doctor lib. de duabus Chriſti volũtatibus fol mihi 738. *quod non eſt aſſumptum id curatum non eſt. Quid enim præter voluntatem peccauerat? Quod ergo offenderat, id maiore egebat curatione. Quòd ſi neges id ab eo aſſumptum quod peccauerat, fateare, neceſſe eſt, ab eo naturam, quæ peccauerat, & ægrotabat, non fuiſſe ſuſceptam.* Et lib. 3. Fid. Orth. cap. 14. fol. mihi 397. *Si volens Adamus obediuit, & volens comedit, ergo prima in nobis voluntas morbum contraxit. Quòd ſi voluntas prima in morbum incidit, atque hanc Verbum incarnatum unà cum natura minimè aſſumpſit, nihil afferri poteſt, quamobrèm à peccato erepti ſimus*

Quin-

Quinta deducitur ex nonnullis Chriſti actionibus, in quibus operationum eius diſtinctio eluxit; ex his ipſe tres ſeligo. Prima ſit Miraculum multiplicationis panis, & piſcium Lucæ 8. relatum Dominus, in quo Chriſtus miſericordia, quam habuit ſuper turbam ſatis ſe oſtendit hominem, Deum verò multiplicatione miraculoſa: *In hac lectione*, ait Venerab. Beda, *conſideranda eſt in vno eodemque Redemptore noſtro diſtincta operatio Diuinitatis, & Humanitatis, atque error Eutychetis, qui vnam tantùm in Chriſto operationem dogmatizare præſumit procul à Chriſtianis fidelibus expellendus. Quis enim non videat hoc, quòd ſuper turbam miſeretur Dominus, nè vèl inedia, vèl viæ longioris labore deficiat, affectum eſſe & compaſſionem humanæ fragilitatis; Quòd verò de ſeptem panibus & piſciculis paucis quatuor hominum millia ſaturauit diuinæ opus eſſe virtutis?* Secunda ſit Oratio

facta

Digitized by Google

à Chriſto Domino verbis illis: *Spiritus quidèm promptus eſt, caro autèm infirma*, Marci 14. 38. *Facit hic locus*, inquit cit. Beda: *aduerſùs Eutychianos, qui dicunt vnam in Mediatore Dei & hominum Domino & Saluatore noſtro operationem, vnam fuiſſe voluntatem: Cum enim dicit: Spiritus quidèm promptus eſt, caro autèm infirma, duas voluntates oſtendit, humanam videlicèt, quæ eſt carnis, & diuinam quæ eſt Deitatis. Vbi humana quidèm propter infirmitatem carnis recuſat paſſionem, diuina autem eius eſt promptiſſima: Quoniam formidare quidèm in paſſione, humanæ fragilitatis eſt, ſuſcipere autèm diſpenſationem paſſionis, diuinæ voluntatis atquè virtutis*. Tertia ſit Miraculum reſurrectionis Lazari, in quo, mortui viuificatio eſſe non potuit operatio imbecillitatis humanæ, nec Deitatis operatio, lacrymari. *Nec verò*, ait cit. Dam. lib. 3. ort. Fid. cap. 15. fol. mihi 404. *huma-*

na

na natura Lazarum à morte ad vitam excitauit, nec rursùs diuina potentia lacrymas fudit (lachrymæ quippè humanitati conueniunt: vita autèm veræ Vitæ, ac perſonalitèr exiſtenti:) ſed promiſcuè harum vtraque, ob Perſonæ identitatem. Nam vnus quidèm Chriſtus eſt, atque vna eius Perſona ſeu Hypoſtaſis: cæterùm duas naturas habet, Diuinitatis nimirùm & Humanitatis.

Ad primam Hæreticorum non *vnam*, ſed *nouam Dei virilem operationem*, ait S. Dyoniſius: fraudolentis autèm mutationis Authores detegit Martinus Papa in Synodo Later. conſul. 3. *B. Dyoniſio aſſerente nouam quamdam Dei virilem operationem inter nos conuerſatam vterque eorum contra Patrem apertiſſimè mentitus eſt. Et Cyrus quidem in ſuo ſeptimo capitulo nouam immutando, & vnam pro noua aſſerendo . . . . Sergius autem immutationem nouæ cum illo confirmans. & non ſolùm hoc, ſed & Dei virilem amputans penitùs vocem,*

&

& unam abſolutè in Chriſto Deo dogmatizans operationem: Et quidem dualitatem operationum non negaſſe D. Dyoniſium colligitur ſatis ex ipſo, quo vſus eſt nomine operationis *Theandricæ*, ſeù *Dei uirilis*, quod Deũ Hominem connectit equidem, non cõfundit: *Certum, quoniam non unam ſecundùm illos*, ait cit. Pontifex *oſtendere uolens operationem S. Dyoniſius ſed duplicem, duplicis naturæ compoſitiuo ſermone abuſus eſt, duas unius eiuſdẽq; inunitione operationes oſtendens.* Explicari itidem poteſt D. Dyoniſius, quòd loquutus ſit de operationibus Chriſti D. mixtis in ratione quinta à nobis inſinuatis: *Illam miſcellaneam operationem,* inquit S. Maximus, *ſolam Deiuirilem appellauit, ſiquidèm, ut Deus tantùm operabatur, quando abſens Centurionis filium ſanabat: in quantùm uerò homo tantùm, & ſi Deus erat, quando comedebat, & triſtabatur: mixtim autem operabatur miracula, cæcis oculos*

los

los illiniendo reſtituens Hæmorruiſſæ fluxum ſolo tactu ſiſtens.

Ad Nyſſenum: Paſſionis nomine operationem humanam venire dicimus, quæ varijs à Patribus nominibus exprimi ſolet ob rationes breuitèr ac perlucidè in vnum collectas a S. Maximo diſp. cum Pyrrho: SS. *Patres uarijs nominibus affeciſſe humanæ naturæ motionem, proùt diuerſæ notiones poſtulabant. Appellarunt ipſam & facultatem & operationem, & differentiam & motionem & proprietatem & qualitatem & paſſionem....... Vt mouetur paſſionem nuncuparunt. Etenim omnia, quæ ex Deo ſunt, & poſt Deum eò ipſo patiuntur, quo mouentur: utpotè quæ non ſunt ipſa motio, ipſaque uis, ac uirtus.*

Ad Cyrillum pluriès reſpondet citat. Maximus, breuitatis ergo nobis ſufficiat illa, quam tradit ep. ad Nicandrum, Chriſtum videlicèt vnam cognatam operationem oſtendiſſe per ambas vni-

vnitate vnionis, vi cuius quemadmodùm natura hominis aſſumpta, ſic huius actio diuina euaſit, & Verbi propria: *Quamobrem unam dico eius, & ſanctæ carnis & cognatam per ambo operationem monſtrare, unam quidem unione etc.*

Ad ſecundam patet reſponſio ex noſtra prima ratione, vnitas enim vel multiplicitas operationum, non ab vnitate & multiplicitate ſuppoſitorum, ſed ab vnitate & multiplicitate naturæ deſumi debet, aliàs in Diuinis tres diſtinctæ admitti deberent operationes ob tria diſtincta Suppoſita. Ex quo etiam patet reſponſio ad 3. ex dualitate enim operationum, non duos Chriſtos ponimus ſed duas in vno Chriſto naturas vnitas in vnitate Suppoſiti. Quæ reſponſio corroborari poteſt paritate gladij igniti à S. Damaſc. lib. 3. orth. Fid. cap. 15. fol. mihi 404. ſic efformata: *Quemadmodùm in candenti gladio, tùm*

ignis

ignis, tùm ferri natura conſeruatur, ità & duæ actiones, et earum effectus. Nàm et ferrum ſecandi, et ignis urendi uim habet: & ſectio quidèm actionis ferri opus eſt, vſtio autèm ignis: ac diſcrimen tùm inferri acie incenſa, tùm in uſtione incidente retinetur: tametſi alioquì poſt huiuſmodi unionem, nec uſtio citra ſectionē ſit, nec ſectio ſine uſtione; nec quia duplex eſt naturalis actio, duos proindè candentes gladios dicimus nec rursùs, quia vnus dūtaxàt incenſus eſt gladius, ob eam cauſam eſſentialem eorum differentiam confundimus: Eodem modo etiam in Chriſto, Diuinitatis quidèm ipſius diuina atque omnipotens actio eſt, Humanitatis autèm ipſius, humana, ac noſtra inſtar. Humanæ porrò actionis opus id fuit, quòd Puellæ manum (Lucæ 8.) arripuerit, ac pertraxerit; Diuinæ autèm, quòd eam ad uitam reuocarit. Aliud enim hoc, aliud illud eſt, etiam ſi in Dei ſimùl, et Hominis, actione diſiungi nequeunt.

Digitized by Google

Ad quartam. Poteſt primò retorqueri argumentum, & hæreticos ſuiſmet telis confodere, ſi enim humanitas eſt inſtrumentũ Verbi, alia eſſe debet operatio humanitatis, alia operatio Verbi. Secundò, negari debet humanitatem eſſe inſtrumentum, propter ſeparationis ſuſpicionem, quæ ad inſtrumenti nomen adhæret, vnde inſtrumenta Dei appellari ſolent homines iuſti. Aduertit hoc perſæpè citat Maximus martyr, cum, vrgenti Pyrrho: *non nè nutu Verbi cum ipſo copulati caro mouebatur?* reſpondit: *Diuidis Chriſtum, cum ſic loqueris. Nutu enim eius mouebantur Moyſes, & Dauid & quicumque fuerunt apti & idonei ad capiendam diuinam operationem, depoſitis humanis & carnalibus proprietatibus. Nos verò qui SS. PP. ſicut in omnibus, ſic etiam in hoc ſequimur, dicimus quòd ipſe Deus vniuerſorum factus homo ſine mutatione, non ſolùm idem tamquam Deus conuenientèr ſuæ* Diuinitati

voluit, ſed tamquàm idem homo, vt humanitati ſuæ conueniebat, itèm voluit. Tertiò reſponderi debet ex ſuperiùs dictis, quòd cum in Chriſto triplex operationum genus diſtingui debeat, nam aliæ erant penitùs humanæ à Deitatis natura omninò alienæ, vt comedere, flere, &c. aliæ penitùs diuinæ, vt mortuos ſuſcitare &c. aliæ mixtæ, vt cum luto illito cæcum illuminauit. Humanitas Chriſti quoad operationes à Deitatis natura penitùs alienas non inſtrumentum, ſed cauſa præcipua dici debet; quod ſufficientiſſimè oſtendit diſtinctionem operationis humanæ à diuina. Dici nihilominùs poteſt Humanitas inſtrumentum Diuinitatis circa operationes purè diuinas, immò ne dùm humanitas, ſed etiam fimbria eius veſtimenti, vndè D.Hilarius in Matt. c.9. *Eſt magna virtutis Dominicæ admiratio, cum poteſtas intra corpus manens rebus caducis, efficientiam adderet*

ſani.

atis, vt vſque in veſtium fimbrias operatio diuina procederet. Non enim diuiſibilis, & comprehenſibilis erat Deus, vt corpore clauderetur. Et hoc modo ſumpta ratione inſtrumenti, admitti poteſt, vnam, eandemque fuiſſe humanitatis & Deitatis operationem. *Sic igitur operatio*, ait Doct. Angelicus 3. part. q. 19. art. 1. ad 2. *quæ eſt humanæ naturæ in Chriſto inquantùm eſt inſtrumentū Diuinitatis; non enim eſt alia ſaluatio, qua ſaluat humanitas Chriſti, & Diuinitas eius. Habet tamèn humana natura in Chriſto, in quantùm eſt natura quædam, quandā propriā operationem præter diuinā.* Deniquè dici poteſt humanitas inſtrumentum Diuinitatis quoad operationes tertij generis, licèt enim cæci illuminatio v.g. omninò Duinitati tribui debeat, tribui adhùc inſtrumëtalitèr poteſt humanitati, quia Chriſtus nonniſi ſputum conficiendo, oculoſque cæci inungendo ipſum illumi-

Digitized by Google

nauit. Sic autèm ſumpta ratione inſtrumenti, adhùc ex ipſa arguitur operationum Chriſti dualitas *Nam expuere*, ait Theorianus in dial. aduerſùs Armenos, *lutũq; de ſputo conficere cæcique pupulas inungere, hominis omninò actio eſt. Quippè Diuinitatem expuere nõ dicimus, ſi non inſani ſumus. At lutum illud in oculum & lucem conuertere, id verò Diuinitati omninò attribuemus*. Perlegat ſtudioſus Lector diſput. Sanctiſſimi, ac doctiſſimi Abbatis Maximi cum Pyrrho, quę habetur in fine tom. 8. Annal. Emin. Baronij, perlegat D. Ioannem Damaſcenum lib. 3 Fidei Orthodoxę, & lib. de duabus Chriſti voluntatibus, vbi totum, quod poteſt deſiderari pro dualitate operationum in Chriſto Domino reperiet.

Digitized by Google

CAN. TRVLLANORVM

Breuiculum notulis interiectum.

Can. 1. *Seruari inuiolabiliter debeat Fides ab Apoſtolis tradita, Doctrinaque in ſex Generalibus Synodis ſtabilita.*

Can. 2. *Canones 85. Apoſtolici inuiolabiles maneant; ſicuti & Canones Synodorum Generalium, & Prouincialium, necnon & Patrum: Clementis Conſtitutionibus, vt potè ab Hæreticis deprauatis, exceptis. Nullique liceat Canones innouare, ſubuertere, aut immutare.*

In Hieroſolymitani Concilij prop. 3. & 4. contr. probauimus Canones 85. Apoſtolicos, conditos non fuiſſe ab Apoſtolis, nec omnes recipi debere, ſed ſolos

50. priores. Cui ſententæ nil officit Canon præſens, vtpotèi nullius authoritatis, vt de ipſo ac reliquis ſubſequentibus probabitur prop. 3. controuertib.

Approbantur nominatìm Canones Nicæni, Ancyrani, Neo-Cæſarienſes, Gangrenſes, Antiocheni, Laodicenſes, Conſtantinopolitani, Epheſini, Chalcedonenſes. Item Sardicenſes, & Conſtantinop. ſub Nectario, & Theophilo Patriarchis editi. Nec non Canones editi à D. Dyoniſio, Petro Mart. Athanaſio, Thimoth. Theophilo, & Cyrillo Archiepiſcopis Alexandrinis, Baſilio Archiep. Cæſareæ Cappadociæ, Gennadio Patriarcha Conſtantinop. & Cypriano M. Epiſc. Aphrorum. Hæc tamèn approbatio eſt quoque parui momenti, inter alios enim approbãtur Cõſtantinop. & Chalcedonenſes omnes promiſcuè contra à nobis probata prop. 3. contr. Conſtant. 1. & 2. Chalced. Specialem etiam

facit

facit Canon hic mentionem de Canone edito à S. Cypriano, & à Synodo, quæ ſub ipſo fuit: qui teſte Baronio, alius eſſe non potuit, quàm ille de rebaptizandis Hæreticis quibuſcumque, improbatus à Stephano Papa, & ab Eccleſia Catholica vniuerſa. Quem Canonem approbando, & abolitã hæreſim reſtituunt Patres Trullani, & Can. 9. Conſtantinop. primi, quem approbant, deſtruunt, & quod hoc Canone ſtatuunt, Canone 95. ſeq. improbant, dùm modum hęreticos recipiendi iuxta dictum Canonem 9. Conſtan. confirmant. Clementis autèm conſtit. rectè, reijcit Canon hic, eſſe enim parùm ſinceras, colligi ſatìs poteſt ex hoc, quòd quartas nuptias fornicationem appellent, Mariam Magdali à Lazari Sorore diſtinguant, baptizatos ab Hæreticis rebaptizari iubeant, aliaque contineant ab Eccleſia reiecta.

Can. 3. *Decernitur, vt qui duabus matrimonijs implicati fuere, & vſq; ad 15. præteriti menſis Ianuarij præteritæ 4. Indictionis anni à mũdo 6199. peccato ſeruierũt, & reſipiſcere noluerunt, Canonicæ depoſitioni ſubiaceant. Qui autèm Bigamiæ probro implicati ante dictum tempus hoc malum à ſe abſciderunt: Vèl qui ſecundarum nuptiarũ vxoribus mortuis, continentiã didicerunt, ſiuè Presbyteri, ſiue Diaconi ſint præfinito aliquo tempore ab omni Sacerdotali miniſterio ceſſatione puniti, honorem in Cathedra, & Statione participare prima ſede ſint contenti, cum fletu à Domino poſtulantes, vt eis condonetur ignorantiæ peccatum. Non enim conuenit vt*

is

is alteri benedicat, qui propria curare debet vulnera. Qui autèm vni vxori, quæ tamèn vidua erat ſunt copulati, vèl qui poſt ordinationem, vni matrimonio ſe applicarunt, per aliquod tempus à Sacro Miniſterio prohibiti, rursùs, nefario diſſoluto coniugio, proprijs gradibus reſtituātur, ſed ad alium gradum minimè promoueantur. In poſterùm autèm obſeruentur Canones 17. & 18. Apoſtolorum.

Colligi primò ex hoc Canone debet cum Baronio Conciliabulum hoc non niſi anno 692. celebratum fuiſſe, pro quo vide prop. 3. contr. ante finem. Secundò mense Ianuarij anni à mundo 6199 emanatum fuiſſe contra Bigamos Patriarchale aliquod, vèl Imperiale edictum, quod Canon præſens commendat. Tertiò

apud Græcos, licèt permiſſa fuerint Subdiac. Diac. & Presb. matrimonia inita ante ordinationẽ; vt irrita tamèn habebantur inita poſt ordinationem, vt ſatìs indicant particulę illæ: *nefario diſſoluto coniugio*.

Lupus hunc Canonem erroris redarguit in eo, quòd cõfirmetur Canon Apoſt. 17. *adſeuerans ex vno, ante, ex altero poſt Baptiſmũ inito matrimonio, non induci irregularitatem, conſtantiſsimè ſemper refutatus, & proiectus ab Eccleſia Romana & omni Latina*. Sed decipitur; Canon enim Apoſt. 17. eſto id doceret, non ideò dici deberet reiectus, & reprobatus, ſed contrario vſu derogatus, licèt priùs ob temporum circumſtantias, ob fidelium raritatem, &c. fuerit receptus & approbatus, vt de compluribus alijs Canonibus ab Eccleſia olim receptis, qui ad præſens in vſu non ſunt, paſsim diſcurrimus: longè autèm probabilius eſt, id non de-

decernere Canonem Apoſt. ait enim : *Si quis poſt Baptiſma ſecundis fuerit nuptijs copulatus . . . non poteſt eſſe Epiſ. nec Presb. &c.* Affirmare autē irregularē eſſe, qui duas poſt Baptiſmum vxores acceperit, non eſt excludere ab irregularitate, qui vnam ante, aliam poſt Baptiſmum, vel duas ante Baptiſmum acceperit, incluſio enim vnius non eſt alterius excluſio, vt eſt vulgare proloquium. Quod hìc notauit inter alios Gibalinus cap. 6. de irreg. q. 2. conſect. 3. in fine. Vèl dicendum cum alijs in Canone non poſtulari, vt vtrumque, vèl alterum matrimonium ſit contractum poſt Baptiſmum, ſed ſolùm, quòd inueniatur poſt baptiſmum quis implicitus duobus coniugijs, quod verificatur, etiam ſi vnum, vèl vtrūque fuerit ante Baptiſmum. Adeòque non eſt cur Canon hic reiectus & reprobatus dici debeat, cum ſit vnus ex illis quinquaginta, quos nos prop. 4. con-

Digitized by Google

trou. Concil. Hieroſ. diximus receptos fuiſſe ab Eccleſia Occidentali.

Can.4. *Clericus, qui cum muliere Deo dicata coierit deponendus, Laicus ſegregandus.*

Can. 5. *Nulli ex Sacerdotali catalogo liceat mulierem, vèl ancillam poſsidere, exceptis, quæ excipit Canon Nic. 3. Quod & ſeruent Eunuchi. Alitèr ſi Clerici deponantur, ſi Laici ſegregentur.*

Can.6. *Nulli ex Clericis maioribus liceat vxores ducere.*

Can.7. *Diaconi nè ſedeant honoratiori loco, quàm Presbyteri, niſi Patriarchæ, vèl Metropolitæ vices gerant. Qui ordo ſeruetur in reliquis ſacris Ordinibus. Alitèr faciens, ex proprio gradu deiectus, ſit vltimus eius ordinis, in cuius*

ius reperitur catalogo.

D. Auguſt quæſt. ex vtroque teſt. mixt tom. 4. fol. mihi 160. abuſum refert Leuitarum Romanorum ſe Presbyteris coęquantium, ipſoſque acritèr reprehendit, inter alia hæc habens: *Quæ audacia eſt Presbyteris Miniſtros ipſorum pares facere? Quæ temeritatis præſumptio Sacerdotibus baiulos tabernaculi, & omnium vaſorum eius, & lignorum conciſores, & portitores aquæ, conferre? Hoc enim officium fuit Leuitarum. Tale eſt ſi Præfectis Officiales, Dominis ſerui æquentur &c.*

Can. 8. *Semèl ſaltèm in anno celebretur omninò Prouincialis Synodus, in loco, quem aptiorem iudicauerit Metrop. Epiſc.*

Vnicum Canon hic expoſcit Concilium Prouinciale. Canon autèm 38. Apoſt. & 5. Nicænus duo ſaltèm in anno celebrari debere ſtatuerat, & hanc determi-

Presbyter, Diaconus & Subdiaconus ordinari, quin profiteatur ſe legitima cum vxore conſuetudine abſtenturum, excepto tempore, quo Altari deſeruiunt: eos verò priuans coniunctione cũ legitima vxore deponendus. Presbyter vèl Diaconus vxorem eÿciens pietatis prætextu, ſegregãdus; ſi autèm perſeuerauerit, deponendus.

Errat Canõ iſte Rom Eccl. vitio vertẽs, quòd à promouẽdis ad ſacros ordines perpetuæ continentiæ exigat promiſſionem. Peſſimè intelligit Canon. 6. Apoſtolicum, de quo nos prop 4. cõcontr. Hieroſ. Concil. & Canoni præcedenti contradicit, dùm ait, Canonem Apoſt. intelligi debere, quo àd vſum & affectum maritalem, & nihilominùs Canon præcedens Epiſcopis nedùm vſum, ſèd etiam cohabitationem prohi-

prohibet. Canon enim Apoſtolicus generalitèr de Epiſc. Presb. &c. loquitur.

Can. 14. *Nulli liceat ante annum trigeſimum Sacerdotali caractere inſigniri, nec ante 25. Diaconatus. Nèc ulla ante 40. annos Diaconiſſa ordinetur.*

Can. 15. *Nèc Subdiaconus minor annis 20. quis effici poſſit, ſub pœna depoſitionis.*

Can. 16. *Diaconorum numerus ſeptenarium excedere poteſt iuxta Ciuitatum exigẽtiam. Quod enim ait Actuum liber, ſeptem ſolos Diaconos electos, intelligi debet de Diaconis, qui menſis præerant, non qui Myſterijs ſeruiebant.*

Optimè Canon præſens aduertit Apoſtolos Diaconorum numerum non limitaſſe Sed quod ait, ſeptem Diaconos ab Apo-

ſtolis electos, ſacramentali conſecratione initiatos non fuiſſe, longè eſt à veritate alienum, & traditioni Eccleſię contrarium.

Can. 17. *Clericorum nulli abſque Epiſc. propriȳ dimiſſoria in ſcriptis obtenta, in alienæ Eccleſiæ catalogum ſe adſcribere liceat. Aliàs deponatur & ipſe, & qui ipſum ſuſceperit.*

Can. 18. *Clerici, qui neceſſitate constricti propriam Eccleſiam deſeruerunt, neceſſitate ceſſante, ad propriam Eccleſiam redire compellantur. Aliàs ſegregationis pœnæ ſub iaceant, donèc obediant.*

Can. 19. *Qui Eccleſijs præſunt, populos, diebus præſertìm Dominicis, doceat, Scripturam omninò conformitèr SS.PP. interpretando.*

Can.

Can. 20. *Nulli Epiſcopo liceat in aliena Eccleſia docere.*

Can. 21. *Clerici ob patrata crimina iuſtè perpetuæ depoſitioni ſubiecti, ſi pæniteant Clerici habitu tondeantur. Aliter comam nutriant.*

Can. 22. *Simoniacè ordinati, cum ordinantibus ipſos, depoſitionis pænæ ſubiaceant.*

Can. 23. *Similitèr & qui pro Euchariſtiæ adminiſtratione quidquam exegerit.*

Can. 24. *Clerici theatricis ludis intereſſe nequeāt. Quòd ſi ad nuptias vocentur, quandò ad deceptionem comparata ludrica ingreſſa fuerint, diſcedant. Aliàs depoſitionis pænæ ſubiaceant.*

Can. 25. *Parochiæ Rurales, Epiſcopis, qui eas poſſident, ſint ſubiecta, maximè ſi 30. an-*

norum

Digitized by Google

norum ſpatio illas admini-ſtrauerint. Quòd ſi intra id ſpatium lis orta fuerit, apud Synodum Prouincialem deferri debeat.

Idem quoad Ruſticanas Parochias ſtatuerat Canon 26. Chalcedonenſis.

Can. 26. *Presbyter per ignorantiam coniugatus ab illicitis nuptijs abſtineat, eiuſque coniugium diſſoluatur. Nubentibus non benedicat, Euchariſtiam non diſtribuat nec aliud miniſterium obeat.*

Can. 27. *Clericis nullibi liceat veſtibus proprio ſtatui nõ conuenientibus vti, alitèr per hebdomadã ſegregationis pænæ ſubiaceant.*

Faciunt pro hoc Canone verba S. Bernardi Abb. ep. ad Fulconem Arch. Eccl. Lingonenſis: *Dignum eſt, vt qui Altario ſeruit,*

de

de Altario viuat. Conceditur ergo tibi, vt ſi benè deſeruis, de Altario viuas, non autèm vt de Altario Luxurieris, non vt de Altario ſuperbias, vt indè compares tibi fræna aurea, ſellas depictas, calcaria deargentata varia griſeaque pellicea à collo, & manibus ornatu purpureo diuerſificata. Deniquè quidquid præter neceſſarium victum ac ſimplicem veſtitum de Altario retines, tuum non eſt, rapina eſt, ſacrilegium eſt.

Can. 28. *Presbyter in incruento oblationis Sacrificio vuam vnà cum Chriſti Domini Corpore fidelibus diſtribuens, deponendus.*

Can. 29. *Fideles fer. 5. in Cæna Domini ad ieiunium teneantur, ieiunique communicent.*

Can. 30. *Sacerdotes inter Barbaros conſtituti, vxorum antè ductarum vſu abſtinentes*

Digitized by Google

tes contra Apoſtolicum Canonem, cum vxoribus ne cohabitent.

Errorem eumdem ſapit hic Canon, ac Canon 13. quoad intelligētiam Canonis ſexti Apoſt.

Can. 31. *Clerici ſine Epiſcopi facultate in Oratorijs domeſticis Sacra facientes, vèl baptizantes, deponendi.*

Can. 32. *In Sacrificio Miſſæ nec ſola aqua, nec ſolum vinum offeratur, ſed aqua vino permixta.*

Canō iſte Armenos reprobat, & Hæreticos Hydroparaſtas, ſeu Aquarios; illi enim ſolo vino, hi verò ſola aqua vtebantur in Sacrificio Miſſæ.

Can. 33. *Ad Clericatum non promouendi ſolùm, qui ex ordine ſunt Sacerdotali, ſèd omnes reliqui, qui digni reperiuntur iuxta expoſita in*

ſacris

Digitized by Google

ſacris Canonibus. Nulli liceat concionari, niſi Sacerdotali tonſura vſus fuerit, & benedictionem acceperit ab Epiſcopo. His contraueniens ſegregandus.

Can. 34. *Clerici vel Monachi coniurantes, ſodalitates ineuntes, vèl aliquid ſtruentes aduersùs Epiſcopos, vèl Con-Clericos, è proprio excidant gradu.*

Can. 35. *Metropolitanis non liceàt defuncto aliquo Epiſcopo bona illius Eccleſiæ ſibi vendicare, ſed à Clericis, vèl ſi hi non fuerint, ab ipſo met Metropolitano ſeruentur ordinando Epiſcopo conſignãda.*

Faciunt pro hoc Canone, quæ diximus in notulis Canonis 24. Chalcedonenſis.

Can. 36. *Epiſcopatus Con-*

ſtanti-

ſtantinopolitanus æqualia cum Romano Priuilegia habeat, ſitque ſecundus, Alexandrinus tertius, Quartus Antiochenus, Quintus Hieroſolymitanus.

Errorem eumdem continet Canon iſte, quem Canon 5. Conſt. 1. & Canon 27. Chalced. Vide quæ diximus prop. 3. contr. Conſtantinop. primi & 2. Chalcedonenſis.

Can. 37. *Epiſcopis ob Barbaricas incurſiones Sedem propriam non habentibus, extrà illam Epiſcopalia munia facere liceat.*

Can. 38. *Si ab aliquo Principe noua Ciuitas erigatur nouo Epiſcopo vnà cum Clero decoretur.*

Can. 39. *Noua Iuſtinianopolis in Cypro Epiſcopus priuilegijs gaudeat Conſtantino-*

poli-

Digitized by Google

politani, præſit omnibus Helleſponticorum Prouinciæ Epiſcopis, nec non & Epiſcopo Cyrinenorum, qui cum vſus poſtulauerit à Cypriorum Epiſcopo ordinabitur.

Errorem continet hic Canon circa priuilegia Epiſcopi Conſtantinop. quem vt Patriarcham falsò ſupponit, & immeritò eadem priuilegia ad Epiſcopum Iuſtiniapolitanum extendit.

Can. 40. *Iugum monaſticum ſubiturus, vèl ſubitura minor eſſe nequeat annis decẽ. Et ab Epiſcopo examinentur an vita monaſtica digni inueniantur.*

Can. 41. *Eremiticam vitam in clauſuris exercere cupientes, priùs per triennium Superiori in Monaſterio pareant; dein extra clauſuram per annum probentur, ſicque*

pro-

probati claudantur. Nec eis egredi liceat, niſi, vèl publica vtilitas, vèl neceſſitas ad mortem vrgens id exegerit. Aliàs exeuntes vèl inuiti dicta clauſura coërceantur, & ieiunijs, alijſque afflictionibus puniantur.

Can. 42. *Eremitæ vrbem inhabitantes, vèl tonſis comis monaſticam vitam ſuſcipiant. Vèl ad ſolitudinem redire compellantur.*

Can. 43. *Cuilibet Chriſtiano quantumuis prolapſo monaſticam vitam eligere liceat.*

Can. 44. *Monachus fornicator, vèl vxorem ducens fornicatorum pœnis ſubiaceat.*

Can. 45. *Mulieribus ſacro induendis amictu, non liceat ſericis veſtibus auro & gemmis variatis, ab ijs, qui illas*

ducunt exornari, ſicque ad monaſterium accedere.

Can. 46. *Monachi, nonniſi vrgente neceſſitate, & cum benedictione Prælati extra Monaſterium exeant. Similitèr & mulieres, quæ non ſolæ, ſed cum aliquibus vetulis, quæ in monaſterio primæ ſunt, incedant. Aliàs, conuenientibus pœnis corrigantur.*

Can. 47. *Non liceat viris in Monaſterio mulierum dormire, & è conuerſo. Aliàs ſiue Clerici, ſiuè Laici, ſegregandi.*

Can. 48. *Vxor illius, qui ad Epiſcopatum promouetur communi ſui viri conſenſu ſeparata monaſterium ingrediatur. Et ſi viſa fuerit digna ad Diaconatum promoueatur.*

De Diaconiſſis vide quæ diximus

mus in notulis Can. 19. Nicæni primi, & Can.14.& 15. Chalced.

Can.49. *Monaſteria in ſæcularia conuertens habitacula pœnis ſtatutis ſubiaceat.*

Canon iſte idem prorsùs eſt ac Canon 23. Chalced.

Can. 50. *Clericus alea ludens deponendus, Laicus ſegregandus.*

Can. 51. *Prohibentur Mimi & eorum ſpectacula. Venationum quoquè ſpectacula, & ſaltationes in ſcæna. Si quis verò his ſe dederit, ſi Clericus deponendus, ſi Laicus ſegregandus.*

Can. 52. *In omnibus ſanctæ Quadrageſimæ ieiunij diebus, exceptis Sabbato, Dominica, & Sancto Annuntiationis die, fiat Sacrum Præſanctificatorium miniſterium.*

Præſanctificatorum liturgiam,

Digitized by Google

ait Balſamo in hunc locum, *non intelligimus Sacrificium incruentum, ſed adductionem, ſeù oblationem Sacrificij iam anteà peracti, & oblati.* Ritus enim Græcæ Eccleſiæ erat ferijs Quadrag. Miſſam non celebrare, ſed Præſanctificata offerre, vt apud nos moris eſt fer. 6. in Paraſceuen. Excipit Canon Sabbata, & Dominicas in quibus ieiunium diſſoluendum ſupponit, rectè quidem quoàd Dom. ſed male quoàd Sabbata, vt aduertimus in notulis Can. 66. Apoſt.

Can. 53. *Matrimonium contrahens cum Matre Baptizati, quem è Fonte ſuſcepit, vt fornicarius puniatur.*

Can. 54. *Irritum maneat matrimonium, quod quis cùm Filia Patrui contraxerit, vèl quod inierint Pater & Filius, cum Matre & Filia, aut Pater & Filius, vèl duo Fratres*

cum

cum duabus Sororibus, aut Mater & Filia cũ duobus Fratribus, ſicque contrahentes ſeptennij pœnitentiæ ſubiaceant.

Can. 55. *Clericus etiam ex Rom. Eccl. Dominico die, vèl Sabbato ieiunans, deponendus, Laicus, ſegregandus.*

Can. 56. *ſimilitèr & qui dictis diebus tẽpore Quadrageſimæ non abſtinet, ſicùt ab omni mactabili, ſic ab ouis & caſeo.*

Can. 57. *Mel & Lac ad Altare nè offeratur.*

Vide notulas Canonis ſexti Apoſt.

Can. 58. *Laicus præſente Epiſcopo, Presbytero, aùt Diacono, ſibi Euchariſtiam adminiſtrans, per hebdomadam ſegregandus.*

59. *Clericus Baptiſmum in domeſticis Oratoriis conferens*

Digitized by Google

brans: Bacchi nomen in torcularibus exprimens: Saltationes, ac myſtèria more Gentilium faciens: Vir muliebri veſte ſe induens, & è conuerſo: Si Clericus, deponendus; ſi Laicus, ſegregandus.

Can. 63. *Conficta Martyrum hiſtoriæ igni tradendæ. Illas admittens, vèl publicans anathematizandus.*

Can. 64. *Laicus publicè diſputare, vèl docere audens, per dies 40. ſegregandus.*

Can. 65. *Clericus Gentilium more rogos accendens in nouiluniȷs, deponendus, Laicus ſegregandus.*

Can. 66. *A die Reſurrectionis, Fideles ferientur per hebdomadam, in qua equorum curſus, publicaque ſpectacula non permittantur.*

Digitized by Google

trimoniũ irritum maneat, ſi verò ex Infidelibus alter Coniugum ad Fidem veniat, velitque cum Infideli cohabitare, non ſeparentur.

Prima pars huius Canonis abſolutè à nonnullis reijcitur, inter quos eſt Thomas Sanchez, putans cum communi Theol. validum eſſe matrimonium Orthodoxi cum Hæretica. Alij verò, quia cenſent hunc Canonem non eſſe ex reprobatis ab Eccleſia, inter quos eſt Baſilius Poncius de Sacram. matrim. in app. cap. 1. dicunt in prioribus Eccl. ſæculis cum penès Epiſcopos erat poteſtas conſtituendi impedimenta dirimentia, verè irritum fuiſſe matrimonium hæretici cum Orthodoxa. Vèl dicunt nomine Hæretici venire Infidelem, qui nuſquàm Baptiſmum ſuſcepit, quod Poncius citat. probat aliquibus coniecturis apud ipſum videndis.

Can. 73. *Crucis ſignum in*

ſolo, vèl pauimento collocatum omninò delendum. Si in poſterùm audeat quis illud in dictis locis conſtruere, ſegregandus.

Can.74.*Similitèr, Agapas & conuiuia in Eccleſiis faciẽs.*

Agaparum vſum vetuſtiſſimum eſſe & ab Apoſtolicis temporibus initium duxiſſe nulli dubium eſt. De huiuſmodi Agapis ſic loquitur Chriſoſt. hom. 27. in cap. 11. ep. 1. ad Corin. fol. mihi 121. *Communes faciebant menſas inſtitutis diebus, ùt decebat, & collectione perfecta, poſt Myſteriorum communicationem, ad commune omnes epulum conueniebant, & cibi ferebãtur per Sumptuoſos; Pauperes, & qui nihil habebant, per illos vocabantur & communitèr omnes diſcumbebant*, Abuſus in huiuſmodi Agapas irrepſere Pauli Apoſtoli temporibus, de quibus ipſemet Paulus cit. ep. *Conuenientibus vobis in vnum, iam non eſt*

De-

Dominicam Cœnam manducare; *vnuſquiſq; enim ſuam Cœnam præſumit ad manducandum, alius quidem eſurit, alius ebrius eſt &c.* Proceſſu temporis, quia graues in huiuſmodi Agapis gliſcebant defectus prohibitum fuit varijs in locis intra Eccleſiam conuiuari, quod & facit præſens Canon.

Can. 75. *In Eccleſiis pſallentib. non liceat inordinatis vociferationibus vti, ſed cum attentione & compunctione Deo Pſalmodiam offerant.*

Can. 76. *Venditiones in Eccleſiis exercens ſegregandus.*

Can. 77. *Viri vnà cum Mulieribus nè lauentur. Aliàs ſi Clerici deponendi, ſi Laici, ſegregandi.*

Can. 78. *Qui baptizantur Symbolum diſcere, & qualibet fer. 5. Epiſcopo, vel Presbytero recitare teneantur.*

Can. 79. *Deiparæ partus à ſecūdinis, & ſuperuacaneis eluuionibus immunis fuit. Clericus igitur certis quibuſdam ritibus ſecundinas colens, deponendus, Laicus ſegregandus.*

Can. 80. *Similiter qui in Ciuitate degens tribus Dominicis ad Eccleſiā non conuenerit.*

Can. 81. *Presbyter ſacro Triſagio, ſeù hymno, in quo ter Sanctus canitur, addens: qui crucifixus es pro nobis, miſerere noſtri, Sacerdotali dignitate priuandus, Laicus, ſegregandus.*

Can. 82. *Chriſtum Dominum Agni figura pingere non ampliùs liceat, ſed pingatur figura humana.*

Erroneum & iniurioſum Sacris Scripturis eſt præſens decretum, plerumquè enim in ſacris litteris Chriſtus Dominus Agni

de-

denominatione, & effigie repre-ſentatur. Nihilque in Eccleſia frequentius, quàm huiuſmodi effigie Chriſtum repreſentare, & antiquus liber Ord. Rom. ex peruetuſto vſu hæc tradit: *In eadem Dominica poſt albas intrà Ciuitatem Romanam dantur Agni Cerei ab Archidiacono in Eccleſia poſt Miſſam & Communionem, populo.* Nec obſtat Canone hoc vſos fuiſſe contra Iconoclaſtas, Pontifices ſummos Gregor. ſecundum, & Hadrianum, hi enim arguebant ad hominem contra illos, qui vt potè Græci admittere debebant Canonem hunc à Græcis editum, nè per ipſius reiectionem redderentur apud ſuos riſu & execratione digni, reliquoſquè Trullanos Canones reijcere cogerentur.

Can. 83. *Nemo, Mortuorum corporibus Euchariſtiam communicet.*

Col-

Collige ex hoc Canone abuſum veterem dandi Euchariſtiam Mortuis; Quod nedùm diſtrictè prohibet præſens Canon, ſed & Concilium Carthaginenſe tertium circa tempora Siricij congregatum. Hipponenſe Can. 5. & Antiſiodorenſe anni 578. Can. 12. vt aduertit Cabbas. not. Eccl. diſſ. 5. ſect. 2. fol. mihi 31. vbi plura alia notatu digna affert de Euch. ſumptione.

Can. 84. *Infantes, de quorum non conſtat Baptiſmate, baptizandi.*

Can. 85. *Serui à ſuis Dominis ſub tribus teſtibus libertati donati, gaudeant libertate.*

Can. 86. *Laici ſcorta alentes, ſegregandi, Clerici etiam deponendi.*

Can. 87. *Qui, vxore relicta, aliam duxerit, adulter eſt, & pœnitere debet. Annum igitùr defleat, biennio audiat*

trien-

triennio ſubſternatur, & ſeptimo cum Fidelibus conſiſtat, & ſic oblatione dignus habeatur.

Pœnitentiæ graduum explicationem habes in notulis Canonis vndecimi Nicæni primi.

Can. 88. *Clericus abſquè vrgenti neceſſitate iumentum introducens in Templum, deponendus. Laicus verò ſegregandus.*

Can. 89. *Sabbati Sancti ieiunium vſque ad mediam noctem protrahendum.*

Can. 90. *A Veſperis Sabati, ad Veſperas vſque Dominicæ, genua non flectenda.*

Vide notulas Canonis 20. Nicæni primi.

Can. *Abortum procurantes, vt homicidæ puniendi.*

Can. 92. *Raptores mulierum, eorumque Adiutores, ſi*

Cle-

Clerici, excidant è proprio gradu; ſi Laici anathematizentur.

Can. 93. *Vxor nonniſi certior effecta de morte Coniugis, alteri nubat.*

Can. 94. *Gentilium Sacramenta iurantes, Canonum pœnis ſubijciendi, ac etiam ſegregandi.*

Can. 95. *Firmi maneant Canon. 19. Nicænus de Paulianiſtis rebaptizandis, & Canon. 9. Conſtantinop. primi, de modo admittendi Hereticos ad Fidem. Manichæi, Valentini, & Marcioniſtæ, ſimileſque hæretici non rebaptizandi, ſed recipiendi, dummodò hæreſim omnem anathematizauerint.*

Notat hìc Lupus hos hæreticos ab Eccleſia ſempèr rebaptiza-

zatos fuiſſe. Sed de Marcioniſtis & Valentinis oppoſitum docet Auguſt. lib. 3. de Bapt. contra Donat. c. 15. fol. mihi 87, tom. 7. *Quam ob rem ſi Euangelicis verbis in nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti Marcion Baptiſmum conſecrabat, integrum erat Sacramentum .... Nam ſub ijſdem verbis id eſt in nomine P. & F. & Sp. S. non ſolùm Marcion, aùt Valentinus &c.* Et confirmari hoc poteſt ex Canone Nicæno citato, in quo ex tàm multis Hæreticis, qui priùs extiterant, ſoli Paulianiſtæ rebaptizari iubentur.

Manichæorum autèm hæreſis precipua fuit: Duo rerum Principia admittere, Bonum vnum totius ſpiritualis ſubſtantię Creatorem, Malum alterum corporearum ſubſtantiarum Opificem. Duas itèm Animas in ſingulis hominibus admittebant, Bonam à Principio Bono exortam, intellectualem ac rationalem: Malam à malo Principio profectam, om-

omnis peccati cauſam. Horum caput fuit Manes, qui & Manichæus, qui ſe Paracletum iactabat. Duos quoque Deos inter ſe aduerſantes admiſit Marcion, Deum malum veteris, Bonum autèm nouæ Legis Authorem aſſerens. Qui etiam carnium vſum omnem, omniaque execrabatur coniugia, vt potè inuenta Dei peruerſi. Ieſum Chriſtum Bonum eſſe Deum aiebat, ipſius tamen Incarnat. paſſ. & mortem negabat. Carnis Reſurrectionem repudiabat, aliaque permulta deliria ſuſtinebat. Valentinus non ex Virgine, ſed è cæleſti ſubſtantia formatum Chriſti Corpus per Virginem in terram tranſmiſſum delirabat, nequè quidquam de Maria Virgine ſumpſiſſe, ſed per eam dumtaxat quaſi per canalem aut fiſtulam tranſmeaſſe. Aliorum Hæreticorum errores habes in Canonibus deſupèr citatis.

Can. 96. *Fideles, capillos*

ad

videntium detrimentum ſcitè excogitatis nexibus ornantes, & componentes, conuenienti ſupplicio puniantur. Niſi reſipiſcant, excommunicentur.

Can. 97. *Coniugati cohabitantes in locis ſacris; ſi Clerici deponendi, ſi Laici ſegregandi.*

Can. 98. *Mulierem alteri deſponſatam, viuente illius viro, in vxorem ducens, adulterij crimini ſubijciatur.*

Can. 99. *Nulli liceat Sacerdoti ſeparata carnium mēbra ab offerentibus accipere, ſed ijs ſint contenti, quæ offerenti viſa fuerint, eiuſmodi oblatione facta extra Eccleſiam; alitèr ſegregetur.*

Can. 100. *Pingentes imagines ad turpia incitantes excommunicationis pæna ſubiaceant.*

Can.

Dixi *excommunicationis* non *Depoſitionis*, vt vult latinus, interpres, excommunicationem enim ſonat vox Græca, & depoſitionis pęna, nonniſi Clerici affici ſolent à Græcis, vt notat hìc Cabaſutius.

Can. 101. *Communicantibus non liceat aliquo vaſculo quantumuis pretioſo Eucharistiam accipere, ſed ſolis manibus in Crucis formam efformatis. Aliàs ſegregandi cum eo, qui illis Euchariſtiam offert*

Primis quinque ſæculis in manibus Laicorum dari ſolitam fuiſſe Euchariſtiam, ipſiſque liberum fuiſſe illam in proprios deferre lares, & priuatim aſſeruare, extra dubium eſſe, teſtatur Cabas. not. Eccl. diſſ. 5. ſecundi ſæculi fol. mihi 29. & 30. vbi citat. Canonem Toletanum & Cęſaraugustanum iubentes acceptam Euchariſtiam in ipſa Eccl. per communionem abſumi occaſio-

ſione Priſcillianiſtarum, qui immani ſacrilegio in magicis prȩſtigijs Sanctiſſima Euchariſtia abvtebantur. Noſter Canon prohibet communicantibus aliquo vaſculo Euchariſtiam accipere. Fuit tamen varijs in locis differentia inter viros & mulieres, quòd illi manibus, hæ verò linteamine mundo, quod *Dominicale*, appellabatur, Euchariſtiam accipiebant, de quo extat Canon. 36. Antiſiodorenſis Concil. *Non liceat mulieribus nudis manibus Euchariſtiam ſumere*. Vſum hunc duraſſe quouſque durauit Communio domeſtica putat Lupus in hunc Canonem, optimè probans in Eccl. Rom. & Epiſc. vicinis dudùm anteà extinctum fuiſſe, ex antiquo Ritua. li, quod ſeptingentis annis vetuſtiorem cenſet Morinus in opere de ſacris ordinationibus, in quo hæc leguntur: *Presbyteri, & Diaconi oſculando Epiſcopum, Corpus Chriſti ab eo manibus accipiant.*

Sub

Sub-Diaconi autèm oſculando manum Epiſc. ore accipiant Corpus Chriſti ab eo. Quòd ſi Subdiaconi nonniſi ore accipiebant Chriſti Corpus, à fortiori id dicendum de Laicis.

Can. 102. *In ſacramento Pænitentiæ, & Peccatorum, & Perſonarum attendenda eſt grauitas, & conditio, vt fidelium vlceribus debita adhibeantur medicamina, ſalutareſque illis pænitentiæ imponantur.*

PROPOSITIONES

Controuertibiles.

PRima: Honorius Papa in hac ſexta Synodo nèc fuit damnatus, nec ob conniuentiam Oeconomicā damnari potetat. Complures habet aduerſarios aſſertio etiam ex Catholicis, quibus ſe adiunxit nouiſſimè

mè Natalis Alex. diſſ. 2. ſæculi 7 concl. 1. & 2.

Probatur quoad primam partem ex ſilentio Legatorum Apoſtolicæ Sedis, qui ſi verè in ſexta Synodo damnatus fuiſſet Honorius, quomodò dictam damnationem præterire potuiſſent tanta diſſimulatione? quomodò tàm profundo, vt ità dicam, lethargo, potuerunt eſſe ſepulti, vt nec vnus ipſorum inſurrexerit in Honorij fauorem?

Triplicem adhibet reſponſionem Natalis aſſerens Apoſt. Sedis Legatos, *nihil in defenſionem Honorij protuliſſe*, primò, *quia ipſum à fauore Monothelitis impenſo, à communione cum ipſis inita, ab ignaua conniuentia, & Oeconomia damnanda, ab approbatione ſententiæ Sergij, vnam vèl duas operationes dicere in Chriſto Domino prohibentis purgare non poterant*. Secundò, quia, *è bono Eccleſiæ erat, ut Honorium damnari ſinerent ut non immeritum, nè Orientalium forsàn*

Pa-

Patriarcharum damnationem prohiberent Epiſcopi, quibus illorum cara erat memoria, ſi Honorium cum ipſis eodem penè modo locutum, illiſque impenſiùs fauentem damnari noluiſſent Legati. Tertiò addit: *Legatos illos nec doctrinæ laude, nec rerum agendarum peritia inſignes fuiſſe, ſed homines idiotas & indiſertos; vndè non mirum, ſi, nè quidèm ea, quæ à S. Maximo, & quæ à Ioanne IV. Honorij poſt Seuerinum ſucceſſore, in eius excuſationem ſunt dicta, protulerint.*

Vt ab vltimo incipiam, ſi verè Legati poterant Honorium à damnationis ſententia liberare, proferendo ea, quæ à S. Maximo & Ioanne IV. in ipſius excuſationem ſunt dicta, eaq; omnia, quæ in ipſius fauorē mox adducemus non video quid recurſus ad Legatorum ignorantiam poſſit prodeſſe Natali; quia ſi verè circà Honorij damnationem Legati ob ignorantiā deliquiſſent, niſi dicatur eadem irretitos fuiſſe igno-

ignorantia Agathonem, & Leonē Pontifices ſummos, quoad hoc punctum, Synodum approbare non debuiſſent, quod aduerſarius non concedet. Reuerà tamèn quod de Legatorum ignorantia habet Natalis, caret omni penitùs fundamento; ſi enim tanta fuit in Legatis prudentia & ſapientia, vt act. 3. cum legerentur quintę Synodi acta, cumq; deuentum eſset ad lectionem cuiuſdam ſermonis ad Vigilium Papā ab Hæreticis falsò Mennæ Archiepiſcopo Conſtantinopoleos adſcripti, exclamarint falſatum eſſe dictum librum, rationem dictæ falſificationis aſſignātes, quo fundamento ſupponi poteſt in ipſis ignorantia tàm craſsa, ùt qui in defenſionem quintæ Synodi ſtrenuè adeò decertarunt, in defenſionem Honorij Papæ nec verbum protulerint? Quod argumentum conuincentiſſimum eſſe, & Legatos Apoſtolicæ Sedis ſufficienti ſcię-

tia & doctrina fuiſse præditos, fatebitur, qui aduertet cum Franciſco Marcheſio c.3. diſp.3. ipſos nedùm in quintæ Synodi fauorem inſurrexiſse; verùm etiã in prima actione legitimam expoſitionem dediſse cuidam D.Cyrilli authoritati à Macario adductæ; in ſecunda inuigilaſſe in alia itidèm explicatione cuiuſdam authoritatis Leonis Papæ; in 8. ac 9. varijs interrogationibus ac reſponſionibus vnà cũ alijs P.P. perſtrinxiſse Macarium; in 10. ſupplicaſſe Imperatori, ùt afferretur codex Patriarchij ad quoddam Apollinaris hæretici teſtimonium examinandum. Quæ omnia non videntur compoſſibilia cum ignorantia, quam Natalis in Apoſtolicę Sedis Legatis ſupponit.

Nec quidquam contra hoc deduci poteſt ex Agathonis epiſtola, licèt enim Põtifex Legatos *homines idiotas* appellet, aſſeratq; *ſe inquisiuiſſe Perſonas, quales ſecundũ*

tempo-

temporis huius defectus ac ſeruilis Prouinciæ qualitatem poterant inueniri pro obedientiæ ſatisfactione, potiùs Agathonem de ipſis modeſtè fuiſse locutum, quàm de ignorantia eos inſimulaſse dicendum. Cæterùm ſatis colligitur Pontificem, Legatos, *idiotas*, appellare, non quia omninò ignari, ſed quia pleniſsima non fuerint Scripturarum ſcientia prædìti, tùm ex ipſius epiſtola *Apud homines in medio Gentium poſitos ..... quomodò ad plenum poterit inueniri Scripturarum ſcientia*. Tùm ex epiſtola Concilij Rom. ſub eodem Agathone ad Conſtantinum directa, in qua hæc præter alia habentur. *Igitur quia tranquilliſſimæ fortitudinis veſtræ Clementia Perſonas de Epiſcopali munere dirigi iuſſit vita, atque ſcientia omnium ſcripturarum præditas. De vitæ quidem puritate quamuis quiſquam munditèr vixerit, confidere tamèn non præſumit: perfecta verò ſcientia, ſi ad*

veræ pietatis ſcientiam redigatur, ſolius eſt veritatis cognitio, ſi ad eloquentiam ſæcularem, non eſtimamus quemquam temporibus noſtris reperiri poſſe, qui de ſummitate ſcientiæ glorietur. Ex quibus, notandum primò Conſtantinum petijſse *Legatos omnium Scripturarum ſcientia præditos*, cui petitioni concordat Agathonis reſponſio: *quomodò ad plenum poterit inueniri ſcripturarum ſcientia?* quod non obſtat quin Legati potuerint eſse ſufficienti ſcientia præditi; & tali, ùt ſicùt pugnarunt pro 5. Synodi defenſione, totquè alia Legationis munia ſtrenuè ſunt executi, ità etiàm in Honorij defenſionem decertare potuiſſent. Secundò, Concilium diſtinguere, *veræ pietatis ſcientiam* ſitam in veritatis cognitione, & *eloquentiam ſæcularem*; cumque non de illa, ſed de eloquentia ſæculari tantùm ſubdat: *non æſtimamus quemquam temporibus*

noſtris

noſtris &c. clariſſimè ſequitur pleniſsimam Scripturarum cognitionem, quam in Legatis fuiſſe negat Agatho, & Concilium, intelligendam eſſe de plenitudine, non quo ad veritatis agnitionem, ſed pro ùt plenitudo includit etiam eloquentiam ſęcularem, quæ nec Legatis vllo modo neceſſaria erat pro Honorij defenſione.

Videamus nunc, àn verè Legati in Honorij defenſionem aliquid proferre debuerint. In primis certum videtur ipſos pro viribus reſiſtere debuiſſe Honorij damnationi, ſi certò ſciebant, vèl ſaltèm dubitabant de mente Summi Pontificis circa dictam damnationem, vndè ſi oſtendatur Agathonem rectè ac laudabilitèr ſentijſſe de Honorio, ipſiuſque memoriam commendaſſe Legatis, ſequitur manifeſtè Legatos vindicare Honorium potuiſſe, immò & debuiſse à calumnijs, ipſumq;

immunem reddere à damnationis ſententia. En igitur Agathonis teſtimonium in Honorij fauorem, in ep. quam ſcripſit ad Imperatores, Conſtantium, Heraclium, & Tiberium Auguſtos, in qua Hæreticorum texens catalogum, nedùm Honorium inter ipſos non numerat, ſèd & ipſius, non minùs quàm reliquorum Prædeceſſorum ſuorũ memoriam valdè commendat, proùt ſequitur: *Vndè & Apoſtolicæ memoriæ, meæ paruitatis Prædeceſſores dominicis doctrinis inſtructi, ex quo nouitates hæreticas in Chriſti immaculatam Eccleſiã Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Præſules, introducere conabantur, numquàm neglexerunt eos hortari, vt à praui dogmatis hæretico errore ſaltèm tacendo deſiſterent, nè ex hoc exordium diſsidij in vnitate Eccleſiæ facerent*. Et infrà: *Meæ humilitatis Prædeceſſores commonuiſſe, rogaſſe, increpaſſe, obiurgaſſe, arguiſſe, quatenùs medelam*

poſſet

poſſet recens vulnus accipere.

Teſtimonium hoc, cui eſt omninò ſimile, illud Martini eius Prædeceſſoris ijſdem ferè phraſibus ſecret. 1. Synod. Later. ſic alloquentis: *Apoſtolicæ memoriæ noſtri Prædeceſſores non deſtiterunt prædictis viris*, (Theodoro, videlicèt Sergio, Cyro & cæteris Monothelitis) *diuerſis temporibus conſultiſsimè ſcribentes, & tàm rogantes, quàm reguladitèr increpantes ..... quatenùs proprium emendarent nouitatis commentum*: inuictiſsimum eſse in Honorij fauorem, fatebitur, qui attendet primò epiſtolam præfatam perlectam & approbatã fuiſſe act. 8. & 18. huius Synodi. Secundò Honorij cauſam vtpotè agitatam à Ioan. IV. & Martino I. non potuiſſe in obliuionem abire: Tertiò Agathonem verbis pręfatis nedùm aſſerere Prædeceſſores ſuos in Fide numquã erraſſe, ſed addere ipſos *commonuiſſe, rogaſſe* &c. & hoc quidèm *ab*

exordio diſſeminatæ hæreſeos, quatenùs medelam poſſet recens vulnus accipere: Quartò Agathonem verbis præfatis expreſsè Honorium indigitare, & aduerſariorũ ipſius ora occludere, cum inquit, Prædeceſſores ſuos numquam neglexiſſe hæreticos hortari, *atque obſecrando commonere, vt à praui dogmatis hæretico errore ſaltèm tacendo deſiſterent*; quæ vltima particula apponi non debuiſſet ab Agathone, niſi oeconomicum Honorij ſilentium commendatione, & non damnatione, dignum exiſtimaſset. Siquidèm cum in Synodo Honorij cauſa diſcuti deberet (vt aduerſarij contendunt) Agatho, eſto aliorũ Prædeceſsorũ ſuorũ laudabile cẽſuiſſet Oecon. ſilentiũ, (quod tamèn nec poteſt verificari, cũ ex Agathonis Prædeceſſoribus ſolus Honorius ſilentij huiuſmodi author extiterit, quod ex aduerſarijs fatetur Tamagninus fol. 44. vbi referens Aga-

Agathonis verba, ſubdit: *Quam aptè ſaltèm tacendo, quibus exprimitur Honoriana ſilendi Oeconomia, cum ſolus Honorius inter Pontifices Monothelitici ſilentij diſpenſationem fuerit amplexus*) propoſitione adeò vniuerſali vti non debuiſſet, niſi intentum eius fuiſset Honorij quoquè ſilentium commendare. Quo igitur fundamento aſſerit Nalis, quòd Legati Apoſtolicæ Sedis *Honorium purgare non poterant*?

His adde duas alias ponderationes magni momenti: prima, quòd Agatho Legatis authoritatem perſtrinxerit, ùt conſtat ex eius Synodica, *qua dat eis licentiam tantummodò, ſiuè authoritatem ſimplicitèr ſatisfaciendi, in quantùm eis dum taxàt iniunctum eſt, vt nihil proferre præſumant, augere, minuere, vel immutare, ſed traditionem huius Apoſtolicæ Sedis, vt à Prædeceſſoribus Apoſtolicis Pontificibus inſti-*

 tutam

tutam ſimpliciter enarrare. Secunda, quòd Synodus ad Honorij damnationem deuenire non poterat, nec ipſi, Legati præſtare debebant conſenſum, abſque præuia Apoſtolicæ Sedis facultate; Patet hoc primò ex verbis Hadriani Papæ, (quę eſto apud nos non nihil habeant ſuſpicionis, ipſis nihilominùs vtuntur aduerſarij) act. 3. Synodi 8. *Quamuis ibi nec Patriarcharũ nec cæterorum Antiſtitum cuipiam de eo* (Honorio) *quamlibet fas fuerit proferendi ſententiam, niſi eiuſdem primæ Sedis Pontificis cõſenſus præceſsiſſet authoritas*. Secundò ex Nicolao Papa ep. ad Michaelem Imp. *Cæterùm vt calamum ad Conſtantipolitanos Præſules specialitèr extendamus, numquam omninò, aut certè vix horum aliquis ſine conſenſu Rom. Pontificis reperitur eiectus, qui tamèn hactenùs inter depoſitos enumeretur*. Quòd autèm aſſerit de Patriarchis C.C. potiori

iure

iure verificari debere de Pontifi-cibus ſummis, nefas eſt dubita-re. Quid his omnibus efficacius poteſt deſiderari in Honorij fauorem? Sed videamus quid Natalis reſpondeat.

Mira res! Author iſte qui per integras paginas ad nauſeã vſquè defendit, Honorium in hac Synodo & damnatum, & iuſtè damnatum fuiſſe, verba Agathonis, in quibus præcipuè ſita eſt vis argumenti profundo ſilentio præterit. Adducit ſiquidèm ipſe Agathonis verba, quibus, Legatis authoritatem reſtringit, & ait: *Agathonem prohibuiſſe Legatis, nè aliquid minuerent, augerent, mutarent, aut quouis modo mutari ſinerent circa dogmata, non circa Perſonas. Vndè Macarij, Stephani, Polichronij damnationem cum cæteris, ſextæ Synodi PP. decreuerunt, qui damnati antea non fuerant; & tamèn illos anathemate confodiendo ſibi proſcriptos ab Agathone limites*

 exceſ-

exceſsiſſe non dicuntur. Adducit etiā pag. 335. Agathonis epiſtolam, ſèd truncam, verba, quibus fatetur Agatho Prædeceſſores ſuos *commonuiſſe, rogaſſe* &c. illaque alia *obſecrando commonere, vt à praui dogmatis, hæretico errore ſaltèm tacendo deſiſterent*, non ſine dolo relinquens. Ac proindè facillimè ab Agathonis teſtimonio ſe expedit prolixè probando priuilegium non errandi in Summo Pōtifice, locum habere, cum ex Cathedra loquitur, & de hoc priuilegio in ſua epiſtola locutum fuiſſe Agathonem.

Sed in primis quod infert Natalis, & ante ipſum intulerat Tamagninus ſcrut. 6. hiſt. Monoth. fol. 236. ex damnatione *Macarij Stephani*, *Polichronij* Legatis nempè perſtrictam authoritatē fuiſſe circa Dogmata, non circa Perſonas; ſi noſtri vis augmenti ſita eſſet dumtaxàt in eo, quòd Honorius in

Hæreti-

Hæreticorum catalogo ab Agathone non fuerit explicitè poſitus, vim habere negari non poſſet, præſertim ſi attendatur particula illa poſt nomina Hæreticorum appoſita: *Vel quiuis eis conſentanei vſquè in finem demonſtrati ſunt*. Sed alitèr ratio noſtra procedit, vim faciens in eo, quòd nec implicitè Honorius in Agathonis epiſtola contineatur, cum enim in ipſa laudatam viderimus Honorij Oeconomiã, certè ipſe nullatenùs comprehẽdi poteſt in particula: *Vèl quiuis &c.* & per conſequens omninò dicendum videtur Legatis perſtrictam fuiſse authoritatem, quoad Honorij damnationem, præſertim ſi attendantur illa alia verba, quibus Pontifex Legatis prohibet contentionem omnem de dubijs & incertis, cuiuſmodi ſaltèm fuiſse Honorij cauſam, patet ex dictis: *Debeant non tamquam de incertis contendere, ſed vt certa atque immutabi-*

tabi-

tabilia, compendioſa definitione proferre. Ex quibus patet primò diuerſitas inter *Macarium Stephanum &c.* contentos vtpotè indubiè hæreticos in particula: *Vel quiuis, &c.* & *Honorium* ob commendationem eius Oeconomię ab eadem particula exclusum. Et ſanè miror Tamagninum fateri, ùt vidimus, Agathonem particula illa, *ſaltèm tacendo*, Honorium indigitare, & poſtea Honorium incluſum cenſere in illis verbis; *Vel quiuis, &c.* Agatho enim ante particulã illam, *ſaltèm tacendo*, præmittit Prędeceſsores ſuos non niſi *Dominicis inſtructos doctrinis* feciſſe, quæ ſubdit, adeòque Honorium non niſi eiſdem inſtructum doctrinis indixiſse ſilentiũ, ſi autèm Dominicis inſtructus Doctrinis ſilentiũ indixit, quomodò contineri poteſt in verbis illis: *Vel quiuis, &c.*? Patet ſecundò nec Legatos priuatam ſuſcepiſse inſtructionem ab Agathone, ne dùm

dùm quia, hoc eſset ſine fundamento & arbitrariè dictũ, verùm quia, eſto ſic excuſarentur Legati, reprehenſibilis redderetur ipſemet Pontifex, vt potè qui in priuatis inſtructionibus damnationis reum decreuerit, quem in publica Legatorum epiſtola laude & commendatione dignũ aſseuerauerat. Quibus addo nullum aſſignari poſse motiuũ, quo induci potuit Pontifex ad hanc priuatam & ſecretam Legatorum inſtructionem in Honorij cauſa, immò ſi verè ipſum ſuppoſuiſset reum, publicare hoc debuiſset ob illas eaſdem rationes, ob quas aiunt aduerſarij Legatos Apoſtolicos damnationi Honorij reſiſtere non debuiſse; ùt sìc videlicèt PP. C.C. faciliùs, & abſq; renitentia induci potuiſsent ad damnationem Sergij, & aliorum P.P.C.C. & ob alias apud ipſos legendas.

Duo hic occurrunt ſoluenda; alterum contra præfatam Aga-

tho-

thonis epiſtolam, in qua tantam vim facimus, militans, & paulò antè ex Natali inſinuatum; alterum contra rationem ex ſilentio Legatorum deductam. Quoàd Agathonis epiſtolam inſurgunt aduerſarij, ipſam, aſſerentes, vèl nimis, vèl nihil probare in Honorij defenſionē. ſi enim ex ipſa infertur Honoriū nec vt Doctorem priuatum ob oeconomicam conniuentiam erraſse, inferri paritèr debet neminem ex Agathonis Prædeceſsoribus in errorem aliquem incidiſse, immò ipſos omnes, ſemper hæreticos *rogaſſe commonuiſſe*, *&c.* hoc autèm verificari non poſse præter alios de Marcellino, & Liberio, negare quis audet? Quoàd verò ſilentium Legatorum, ſi ex ipſo inferri licet Honorium in ſexta Synodo non fuiſse damnatum, ex ſilentio Legatorum Synodi 7. & 8. in quibus non ſemèl de Honorio, tamquàm damnato fa-

cta

cta fuit mentio, ipſum damnatum fuiſse debet inferri.

Ad primam Aduerſariorum inſtantiam, reſpondeo nos in præſenti cum Catholicis contendere, qui authoritatem S. Agathonis negare non poſsunt, præſertim cum approbatam illam viderimus à Concilio. Dicant igitur in quo ſenſu ſit loquutus S. Pontifex? Forſitan de Pontificibus ex Cathedra loquentibus? Admitto: Sed Honorium, vt priuatum Doctorem epiſtolas ſcripſiſſe Sergio rotundè nego, & omiſsis circa hoc ſolidis rationibus apud accuratiſſ. P. Marcheſium pluribus in locis videndis, id colligo ex eodem Agathone, qui cum per illas particulas: *vt ſaltèm tacendo, &c.* vt vidimus, & ex aduerſarijs faſſus eſt Tamagninus, Honoriũ ſignantèr laudauerit, ſequitur eodem modo de Honorio ac de reliquis Pontificibus locutum fuiſse, adeòque Honorium nonniſi

niſi ex Cathedra loquendo ſilẽtium indixiſse. Si verò aſſerent Agathonem locutum fuiſse abſolutè de Prædeceſsoribus ſuis, à fortiori militat argumentum, & aduerſariornm inſtantia ab ipſiſmet eſt ſoluenda.

Et ſanè non improbabile eſt Agathonem locutum fuiſſe de Prædeceſſoribus ſuis abſque vlla limitatione, adeòque Agathonem in ea fuiſſe ſententia, nullum ex ſuis Prædeceſſoribus vnquam in hæreſim incidiſſe, immò ſemper hæreticis ſe oppoſuiſſe, ſaltèm cùm liberum illis fuit propriam aperire ſententiam. Quod non deſunt ex Catholicis, viri doctiſſimi, qui mordicùs tueantur, inter quos Albertus Pighius, Bellarminus & alij addunt probabile eſſe nedùm Agathonis Prædeceſſores numquàm erraſſe, ſed & nullum Pontificem etiam vt priuatum Doctorem errare poſſe. Moueor ad hoc dicendum quia Agatho, non ſolùm

lùm ait Prædeceſsores ſuos nuſquam erraſſe, ſed etiam ſemper *commonuiſſe, rogaſſe, increpaſſe*, quæ potiùs ad Pontificem Summum vt vniuerſalis Eccleſiæ Patrem ſpectare videntur, quàm ad ipſum vt docentē ex Cathedra, ſeù, vt vniuerſalis Eccleſiæ Magiſtrum. Docere enim ex Cathedra nihil aliud ſonat, quàm quid credēdùm, Eccleſiā vniuerſalem definitiuè docere, vndè Apoſtolus præfata munia proportionaliter competere ait Epiſcopis ep.2.ad Tim. *Argue, obſecra &c.* Ad Liberium & Marcellinum, dicimus ipſos vèl immunes ab hæreſi exiſtimatos ab Agathone fuiſſe, vèl in illam lapſos vi tormentorum perterritos, adeòque nō erraſſe ex propria ſententia & vt Doctores, ſiuè priuatos, ſiuè loquentes ex Cathedra, & proptereà particulam illam appoſui: *cum liberum illis fuit propriam aperire ſententiam*. Vndè eorum lapſus Agathonis dictis non præiudi-

iudicat , ideòque rectè Aug. libro de vnico Baptiſmo contra Petilianum cap. 16. *Prorsùs quales fuerint Marcellinus, Marcellus .... nihil præiudicat Eccleſiæ Catholicæ toto terrarum orbe diffuſæ*. Et D. Athanaſ. de Liberio loquens, poſt commendationem eius conſtantiæ & fortitudinis de ipſius lapſu, hæc habet: *Liberius poſt exactum in exilio bienniũ inflexus eſt, miniſque mortis ad ſubſcriptionem inductus eſt. Verùm ipſum illud quoq; & eorũ violentiã & Liberij in hæreſim odium, & ſuum pro Athanaſio ſuffragium, cum liberos affectus habebat, ſatis coarguit. Quæ enim per tormenta contrà priorem ſententiam extorta ſunt, ea iam non metuentium, ſed ità cogentium voluntates habendæ ſunt*. Hoc tamèn dici non poſset de Honorio (etiam dato pro nunc & non conceſſo, quòd epiſtolas tamquam priuatus Doctor exſcripſerit.) Quod enim maius detrimentum

Eccle-

Eccleſiæ vniuerſæ poteſt afferri, quàm quòd Pontifex ſummus de dogmate aliquo conſultus, etiã ùt priuatus Doctor, vi tamèn nulla coactus, reſpondeat vèl docẽdo hæreſim, vèl deteſtabilis indictione ſilentij deſtruẽdo bonum cũ malo, & Fidei dogmata cum Hæreticorum deliramentis? Et quomodò de Honorio verificari poſſet, quòd Hæreticos commonuerit Dominicis inſtructus doctrinis, vt ab hæreſi, *ſaltèm tacẽdo deſiſterent*, ſi cum liberum illi fuit propriam aperire ſententiam, cumque ad ipſum ſpectaret exorta incendia extinguere, ſuis epiſtolis Hæreticis fauit?

Dato igitur & non conceſſo aduerſarijs quòd Honorius vt Doctor priuatus epiſtolas conſcripſerit, negari non poteſt ipſum comprehendi in particula præfata, *vt ſaltèm tacendo deſiſterent*. Quod ad intentum noſtrum ſufficit, etiam ſi daremus ipſis, (quod euenire non potuiſſe, ex dictis ſatìs colligitur) Agathonem

nem quoad hoc punctum erraſſe errore facti, putans commendabile Honorij ſilentium, quod tale reuerà non erat: Sola enim ipſius opinio ſufficientiſſimum eſſe debebat motiuum Legatis reſiſtendi viribus cunctis Honorij damnationi, vt potè qui miſſi ad Synodum fuerant cum prohibitione nihil immutandi, & diminuendi à Pontificis mente, & non vt *de incertis contenderent, ſed vt certa atque immutabilia compendioſa definitione proferrent.*

Ad aliam obiectionem, non deſunt qui dicant Synodum 7. & 8. non minùs, ac ſextam corruptas fuiſſe; cuius ſuſpicionis coniectura non leuis eſt, quòd Anaſtaſius Bibliothecarius, qui Synodum 7. è græco in latinum tranſtulit, & 8. fuit præſens, Honorij defenſionem ſuſcipiens, vt apparet in opere Pariſijs edito ſtudio Sirmondi Soc. Ieſu Theologi, ſub titulo: *Anaſtaſij Bibliothecarij collectanea*; eſto ſibi obijciat quòd Honorius fuerit in

ſexta

ſexta Synodo damnatus, nec verbum quidem habet de Synodis 7. & 8. Accedit quod P. Marcheſius diſſ. 5. cap. 1. teſtetur ſe libellum græcè deſcriptum act. Syn.8. continentẽ in Vatic. Bibl. legiſſe, & Hadriani verba, quæ contra nos obijciunt aduerſarij non inueniſſe, niſi in margine adiecta à calamo recentiori.

Cæterùm maxima eſt diſparitas inter ſextam Synodum, & 7. ac 8. aliud ſiquidèm eſt, aliquem damnare, aliud aliquem damnatum ſupponere, & talem hiſtoricè pronunciare. Ad hoc enim quælibet ſufficit probabilitas, ùt potè punctum ad Synodum minimè ſpectans. At ad hoc vt aliquis damnetur, præſertìm mortuus, requiritur tùm certitudo delicti, & de morte in pertinaci eius defenſione vt ex dictis prop. 1. controu. Synodi 5. ſatìs ſuperque colligitur; tùm conſenſus ſummi Pontificis ſine quo Legati Sedis Apoſt. nul-
lius

lius prȩſtare poſſunt damnationi conſenſum, immò ex munere ſuæ Legationis tenentur, viribus cunctis reſiſtere cuiuſcumque damnationi, ſi ſaltèm dubitant de Pontificis mente circa ipſam, præſertìm ſi perſtricta ipſis eſt authoritas nihil diminuendi à Pontificis mente & non contendēdi de dubijs & incertis, Vndè quòd Legati ſextȩ Synodi, quorũ coarctata erat authoritas & interdicta quælibet contentio de dubijs & incertis, quique ex epiſtola Agàthonis ſatìs conijcere poterant, quàm fuerit eius mens aliena à damnatione Honorij, decretam à Patribus audierint, Honorij damnationẽ & nihilominùs ſiluerint, prorsùs eſt incredibile. Quod non contigit in Synodis 7. & 8. in quibus fuit lectus inter damnatos Horius, non quòd decerneretur, ſed quòd ex falſificatis ſextæ Synodi actis ſupponeretur talis.

Confirmari poteſt reſponſio exem-

exemplo eiuſdem Synodi ſepti-
mæ , in qua nemine contradi-
cente fuit lectus liber quidam
D. Ioannis Epiſcopi Teſſaloni-
cenſis, in quo reſpondens Sanctus
obiectioni cuiuſdam Gentilis aſ-
ſerentis Angelos pingendos non
eſſe , vt potè incorporeos, his lo-
quutus eſt verbis relatis à Bail.
tom. 1. fol. 356. *De Angelis & Archangelis & eorum Poteſtatibus quibus & noſtras animas adiungo ipſa Catholica Eccleſia ſic ſentit eſſe quidèm intelligibiles , ſed non omninò corporis expertes & inuiſibiles, &c.* Peto nunc ab aduerſarijs, ſi
verè in Synodo exagitatum fuiſ-
ſet punctum de corporeitate An-
gelorum , audito,quòd Catholi-
ca Eccleſia ſempèr crediderit ip-
ſos corporeos, ſiluiſſent nē Le-
gati Apoſtolicæ Sedis? minimè.
Cur igitur ſiluere? non niſi quia
in Synodo non diſcutiebatur ma-
teria de corporeitate Angelorum
ſed aliena & impertinens erat ad
inſtitutum Concilij, cuius ra-

mèn mens apparet magis ex eius definitione: Doctrinam igitùr applicent in propoſito.

Iam verò vt ad Oeconomicam Honorij conniuentiam deſcendam examinandam, ob ipſam aſsero damnari non potuiſse Honorium, idque præſenti dilemmate comprobo: Vèl Honorius Sergio acquieſcens, ſilentiumque de vna, vèl duabus in Chriſto operationibus indicens, Sergij agnouit dolum & verſutias, vèl non? Si negatiuam partem eligent aduerſarij, prout eam eligere videtur Natalis diſs. 2. ſæculi 7. in ſolutione vltimæ obiectionis; infero: ergo Honorius dictum indicens ſilentium Hæreticis nō fauit, ſed quod in ipſis Catholicū credidit ſtabiliens, latens venenū in ſua damnabilitate reliquit. Hoc argumento eſt vſus S. Auguſtinus lib. 2. cap. 16. contra Pelagium qui gloriabatur ſe à Synodo Paleſtina habitū fuiſse

Catho-

Catholicum, cui S. Doctor: *Quando tibi illa damnanda obijciebantur, non ea Catholici Epiſcopi ſic intelligebant; ideò cum illa damnares, Catholicum te eſſe credebant: Propterea igitùr quod te illi ſapere exiſtimabant, abſoluendũ fuit; quod verò tu ſapiebas, damnãdum fuit. Non ergo tu abſolutus es, quia damnanda tenuiſti, ſed illud abſolutum, quod tenere debuiſti.* Quis ergo dicet ex hoc capite Honorium fuiſſe damnandum?

Quòd ſi affirmatiua pars eligatur, inſto: Vèl Honorius ſilentium indicens, id fecit tùm ad euitanda maiora mala tunc imminentia, ſi ſtatìm Sergij, qui in maxima veneratione habebatur, opinio anathemate fuiſſet proſcripta, tùm quia cùm certè adhùc ſibi non conſtaret Sergij impietas, mentẽ illius in partem interpretandam cenſuit melioreẽ: Vèl id fecit ſubdolè non curans fore ex huiuſmodi conniuentia ſecuturam veritatis Catholicæ

Digitized by Google

oppreſſionem? Non ſecundum, niſi aſſeratur Honorium fuiſse Hæreticum, immò & hæreticis omnibus peiorem, qualem S. Maximus appellauit Conſtantem Imp. ob ſimile motiuum, vt ex ſequentibus facillimè poteſt conijci. Ergo primum, quod ſatis colligi poteſt ex epiſt. ipſiuſmet Honorij ad Sergium, in qua fatetur ſe ſilentium indixiſse: *Nè paruuli aùt duarum operationum vocabulo offenſi, ſectantes Neſtorianos, nos veſana ſapere arbitrentur: aùt verò, ſi rurſùs vnam operationem D.N.I.C. fatendam eſſe cenſuerimus, ſtultorũ Eutychianiſtarum attonitis auribus dementiam fateri iudicemur.* Hoc autèm poſito, Honorij cõniuentiam damnabilem nõ fuiſſe oſtendit, tùm regula quam tradit D. Greg. Nazianzenus orat. 1. de pace: *Cùm ſuſpicio ſola animum noſtrum malè habet, timorque nullis certis argumentis innixus: tùm verò lenitatem potiùs, quàm celeritatem, & indulgentem demiſſio-*

ſionem potiùs, quàm arrogantiam & contumaciam adhibere conuenit; multòque, meliùs & conducibilius eſt, vt in communi corpore manentes, mutuò nos ipſos, tamquam alij aliorum membra corrigamus, atque corrigamur; quàm vt præiudicio per ſeceſſionem facto, & auctoritate per ſeparationem amiſſa, ex edicto poſtea, velùt tyranni ac non fratres correctionem imperemus. Tùm (vt omittam exempla permulta Zoſimi Papæ cum Cœleſtio, cuius fraudibus deceptus Pontifex, ne dùm ipſum abſoluit, ſed & eius libellum, in quo originale peccatum negare videbatur, pronunciauit Catholicum; Vigilij itidèm Papæ, qui reſtitit trium Capitulorum damnationi, putans ex ipſa exitiale ſecuturum præiudicium in Synodum Chalcedonenſem; D. Gregorij Papæ, qui admonitus à Conſtantio Mediolanenſi Epiſcopo, de animo Theodolindæ Reginæ infenſo erga Synodum quintam, cenſuit nec ver-

bum eidem ſcribere de dicta Synodo, quam ipſe, ùt Oecumenicam venerabatur, vt apparet ex epiſtola ad eumdem Conſtantiũ Epiſcopum, quæ eſt 37. *lib. 3. fol. mihi* 111. Concilij totius Epheſini, quod damnans libellum Theodori Mopſueſteni, Theodorum tamèn anathemati nõ ſubijciendum putauit *proptèr diſpenſationem*, vt loquitur D. Cyrillus *nè quidèm ad æſtimationem viri reſpicientes ſeſe ab Eccleſijs ſepararent)* exemplum S. Baſilij Magni, qui, ùt Macedonianos, ad rectitudinem euocaret, ipſis indulſit, ùt de Diuinitate Spiritus Sancti ſeruaretur ſilentium. Non ergò ob Oeconomiam damnandus cenſeri debet Honorius, niſi idem proferatur iudicium de magno Baſilio, ſed potiùs ipſi eſt applicandum, quod dixit de Zoſimo Papa Auguſtinus tom. 7. lib. 2. ad Bonif. cap. 3. fol. mihi 190. *Profectò quicquid intereà lenius actum eſt cum Cœleſtio, ſerua-*

ta

la dumtaxàt antiquiſſimæ, & robuſtiſſimæ Fidei firmitate; correctionis fuit clementiſſima ſuaſio, non approbatio exitioſiſſima prauitatis.

Pluribus occurrit hucuſquè dictis Tamagninus, & vt ab vltimo incipiamus, Baſilianam Oeconomiam vindicandam aſſumit, Honorianam verò non Baſilianę, quam ipſe excuſat, ſed deteſtabili Oeconomiæ, quam à Conſtantino Imperatore ſtuduerunt eripere Ariani, circa vocem *Omouſion*, eſſe comparandam, cenſet: *Baſilius enim*, (inquit ex Nazianzeno) *licèt vocem Deitatis diſpenſaret ad tempus, adhùc tamèn alijs vocibus à Scriptura petitis, teſtimonijſque minimè dubijs, eandem vim habentibus, neceſſarijſque argumentis aduerſarios ità comprimebat, ùt nullo modo repugnare, atque in contrarium vti poſſent*. At in caſu noſtro: *cum res ità non ſe haberet, nèc lis eſſet de nomine inter Catholicos, & monothelitas, ſed de re; cumque nullum ſubſtitueretur*

ſynonimum æquè expreſſiuum veritatis orthodoxæ ; longè alia eſt Honoriana Oeconomia à diſpenſatione Baſilij Magni &c.

Sed facillimè reſponſio hęc diluitur ex doctrina ipſiuſmèt Tamagnini, qui initio ſcrut. 5. S. Maximi vtens verbis, aſſerit: *Honorium Romanum Papam non diffiteri naturalitèr in Chriſto voluntatum dualitatem, ſed hanc potiùs* (nota ſequentem particulā) *conſtabilire*, & poſt pauca probandum aſſumit: *Honorianas epiſtolas dempta præcisè, ùt vocant explicita*, (quæ particula non minùs, ac præcedens notari debet) *geminæ voluntatis, & operationis appellatione, Doctrinam omnem S.Leonis, Concilij Chalcedonenſis & SS.PP: exhibere, ac proindè catholicas eſſe, & orthodoxas*. Et deìn referens verba nonnulla ſextæ Synodi, ſubdit in Honorij fauorem: *Siſtas hic aliquantulùm Lector, & cauſa concidam, niſi tibi paucis oſtendero, Honorium in*

hoc

hoc puncto, longè clariùs, efficaciùſque fuiſſe locutum, quàm S. Leonem. Iam quid his omnibus validius intexere ipſe potuiſſet pro euidenti confirmatione paritatis, Honorianæ cum Baſiliana Oeconomia? Baſilius diſpenſauit vocem Deitatis, Honorius vocem duarum, vel vnius operationis: Baſilius pro Deitatis voce ſubſtituit alias *æquiualentes Spiritus S. Diuinitatem firmantes*, Honorius dempta explicita *geminæ voluntatis, & operationis appellatione Doctrinam omnem S. Leonis, Concilij Chalcedonenſis, & SS. PP. exhibuit*, immò *in hoc puncto longè clariùs efficaciùſque eſt locutus, quàm S. Leo*. Quodnam igitur diſcrimen inter Baſilianam, & Honorianam Oeconomiam? Cur Arianæ potiùs, quàm Baſilianæ Honoriana comparanda eſt diſpenſatio? Quomodò nullum ſubſtituit Honorius, *Synonimum æquè expreſſiuum veritatis orthodoxæ*, ſi in ſuis epiſtolis *in Chriſto*

voluntatum dualitatem ſtabilit? His addenda verba, quibus ipſemèt Tamagninus eodem ſcrut. §.5.reſpondet cuidam obiectioni P.Combefis: *Reponam vlteriùs, quòd licèt Macarius ſocijque plurima inſeruerint in ſuis ſcriptis orthodoxa principia, ea tamèn hæreſibus commiſcentes vſquè adeò detur parunt, vt ſpecioſam orthodoxiæ faciem penitùs amiſerint. Quod ſanè in Honorianis epiſtolis nullatenùs oſtenditur, in quibus ſi quæ fortè occurrunt ambigua ex contextu ſenſuq; Honoriano, aptiſſimè explicantur.* Iàm quomodò verificatur Honorium nullũ ſubſtituiſſe *Synonimũ veritatis orthodoxæ expreſſiuũ*, ſi in eius epiſtolis, *Si quæ occurrũt ambigua ex contextu explicantur?*

Nota autèm hìc obitèr Tamagninum dicendo Honorium in ſuis epiſtolis dualitatem operationum Chriſti D. ſtabilire, & in hoc puncto conformitèr loqui ad S.Leonem, & Chalcedonenſe Concilium, velit, nolit, fateri

vèl

vèl ſextam Synodum corruptam fuiſſe, vèl in Honorij damnatione erraſſe, damnat enim Honorium, *eo quòd inuenimus per ſcripta, quæ facta ab eo ſunt ad Sergium, quia in omnibus eius mentem ſecutus eſt, & impia Dogmata confirmauit.* Confirmare autèm Sergij dogmata, eiuſque in omnibus ſequi mentem, & ſimùl ſtabilire dualitatem operationum Chriſti D. & hoc clariùs, quàm S Leo, an ſint compoſſibilia? Lectoribus indicandum relinquo.

Vidit forsàn has difficultates Natalis Alex. ideòque Tamagninum licèt ſuppreſſo nomine reprehendit in eo quòd aſſerat Honorium in ſuis epiſtolis Doctrinam propugnare S. Leonis, & PP. *quo nihil leuius eſt, nihil minùs veriſimile: Nam Honorius cum SS. PP: loqui minimè curat, qui ipſorum inſupèr habita Doctrina, duas in Chriſto operationes dicere vetat, atque ipſos cum duas dixerunt, id balbutiendo docuiſſe ad informan-*

das paruulorum mentes, & ad Eccleſiaſtica Dogmata hæc eorum dicta trahenda non eſſe. Prætereà Sergius ſe PP. ſequi æquè ac Honorius gloriabatur, & nihilominùs vnam in Chriſto voluntatem propugnabat.

Sed Author iſte parùm ſolida ex Tamagnino ſeligens ac propugnans, tuta autèm & firma reſpuens, non aduertit ſe incidiſſe in foueam, quam fecit. Tamagninus enim non ex proprio cerebro, ſed ex S. Maximo inquit. *Honorium Romanum Papā non diffiteri naturalitèr in Chriſto voluntatum dualitatem, ſed hanc potiùs conſtabilire*. In hoc puncto autèm doctrinam S. Leonis & PP. non eſſe aliam, quàm dictam operationum dualitatem adſtruere, inficiabitur nemo. Vndè Natalis in Tamagnino S. Maximum impugnat, & in Maximo ſe ipſum, concl. enim 3. Honorium ab hæreſi excuſans relata S. Maximi verba in ſuæ aſſertionis confirmationem adducit.

Im-

Impugnat etiam cit. Tamag. quod diximus, Honorianam Oeconomiam laudabilem fuiſſe ob mala, quæ Chriſtiano Orb imminebant: *En quò*, (inquiens) *iterùm confugiunt Honoriani ſilentii Vindicatores egregij! Qua manu ſubleuant Honorium, ea quoq; ſubleuent oportet Sergium, Cyrum, cæteroſque perfidiores Monothelitas. Ecquid aliud crebriùs inculcant Sergius in ſuis epiſtolis, Heraclius in Ecteſi, in Typo Conſtans, quàm ad id vtrinque præcipi ſilentium, vt ſcandala ſcinderentur? &c.?* Et poſt pauca, Honorianam Oeconomiam impugnandã cenſet verbis tùm D. Maximi, *Qui paritèr cum ſceleſtis, & immundis hæreticis Sanctos eiecit, Deum liquidò cum Diabolo paritèr condemnauit .... Videte nè fortè pacem prætendentes apoſtaſia reperiamur languere.* Tùm Later. Concil. in damnatione Typi: *Bonum eſt procul dubiò, & omnibus timentibus Deum deſiderabile, cohibere*

hibere diſſentiones & altercationes pro cauſa Fidei; ſèd non eſt vtile & bonum, cum malo deſtruere bonum, ideſt cum Hæreticis *Orthodoxorũ P.P. verba & dogmata.* Subdens: *Hæc ego totidèm verbis repoſuerim vindicantibus Honorianam Oeconomiam ex recta Authoris intentione in illa præcipiẽda, & ex periculo nouitatũ, tumultuũq; ſi ſemel apertè decreta fuiſſet duplex in Chriſto voluntas.* In fine autem §. 8. ſcrutinij eiuſdem, referens verba D.Maximi, quibus Monothelitic æ Oeconomiæ obijcit Iudaicam, qua dicere poſſent Iudæi: *Diſpenſemus in alterutros pacem, & vniamur: & amputemus nos quidèm Circũciſionem, vos verò Baptiſmum, & non iam inuicèm impugnemur.* §. 8. claudit: *Quiſquis ergò Monotheliticam, ſeù Honorianam vindicat Oeconomiam, quam Maximus impugnat, ſuſcipiat oportet (horreſco ſcribens!) Oeconomiam cum Iudæis, quàm ex eodem Ma,*

ximo

ximo retulimus. Hæc ille:

Quibus, quò eruditiorem, èo inefficaciorem ſe oſtendit contra Oeconomicam Honorij conniuentiam, hanc enim impugnans, Honorium Hæreticum, immò & Hæreticis ipſis peiorem oſtendit, enim verò ſi quis Iudaicæ diſpenſationi conſentiens Baptiſmum amputat, non nè Fidei Catholicę redditur Apoſtata? A Fide igitur apoſtatauit Honorius Sergianæ acquieſcens Oeconomiæ. Qui cùm Hæreticis Orthodoxorum P.P. dogmata deſtruit, nonnè doctrinæ Orthodoxæ proditorem ſe oſtendit? Proditor igitur Catholicæ P.P. doctrinæ dicendus Honorius qui ſilentium indicens P.P. deſtruxit dogmata. Si Tamagnino Iudice de duplici Chriſti voluntate ſilere, idem eſt ac *illas negare* igitur Honorius de illis indicens ſilentium illas negauit, ſicque non minùs ac Sergius habendus eſt vt Hæreticus. Non igitur Tamagninus in vindicatione Hono-

Honorij ab hæreſi ampliùs laboret, non ipſum ſectatorem, ſed deſtructorem appellet doctrinæ S.Leonis, Concilij Chalcedonẽſis, & S.S. P.P. Non ampliùs Baſilianam Oeconomiam defendat, ſi enim Baſilius à voce *Deitatis* abſtinuit, ſuſtulit à Spiritu Sancto Deitatem, ſilere enim idem, ipſo Iudice, eſt, ac negare. Vèl ſi, & quidèm rationabiliùs, ob verborum æquiualentiam Baſilianam Oeconomiam ab Arianorum, Monothelitarum, & Iudæorum diſpenſatione diuerſam cenſet, ob idem motiuum diuerſam iudicet Honorianam.

Dicet Honorium *in hæreſim nõ lapſum eſſe, quam vocant formalẽ, ſed ſolummodò materialem, videlicèt nullam in eo interueniſſe pertinaciam in illa tuenda.* Quòd ſi quæratur, vndè hoc habeat? Mòx reſpondebit primò verbis Anaſtaſij Bibliothecarij: *Quis Honorium interrogauit? Quis hunc corrigere voluit? & illi percontanti, aut emendare volenti reſtitit, vel*

contentionibus ſeruiens inſultauit? Secundò : *Huiuſmodi pertinacia in hoc Honorio non deprehenditur, quin immò dubitari non poteſt zelũ Fidei non vulgarem, licèt in illis circumſtantijs omninò ſuperfluum, præferri in eiuſdem, quæ ſuperſunt epiſtolis, aliјſque actibus eximiæ pietatis*. Sic ille §. 10. Scrut. 5. ingenioſè ſatis ac benè. Sed ſi ipſe diſtinguens Oeconomiam in materialem & formalem, ob eadem motiua dicerem, Oeconomiam Honorianã, dato quòd fuerit materialitèr mala, talem non fuiſse formalitèr, adeòque ob eam dãnari Honoriũ non potuiſſe, quid ad hoc Tamagninus?

Replicabit forſan : *Parùm cordi erat Eccleſiæ Honorium ex animo recto ſanxiſſe Oeconomiam, dùm interim eo per conniuentiam fauente Monothelitis, rimas maximas illa patiebatur. Nihil interat Fidei, ùt homines praui, carnales, & nouitatum amatores, quibus omnia cooperantur in malum,*

ſcan.

ſcandala paterentur, dummodò ve-ritas catholica vſque ad ſanguinis effuſionem vindicaretur. Sic idem §.7. ſcrut.7. ſed inſto: cur igitùr Honorius damnari non potuit vt Hæreticus? ſi materialis Oeconomia ſufficientiſſima per ipſum eſt ad damnationem Honorij, cur & materialis eiuſdem hæreſis ſufficiens cenſeri non debet ad Honorium habendum tamquam Hæreticum? Vèl vtrumque igitur affirmet, vèl neutrum. Quòd ſi vtrumq; , ne dùm Honorium ſed & multos Sanctos hæreſeos labe conſperget. Quomodò enìm ab hæreſi liberabit, vt alios pleroſque reticeam, S.Cyprianum, qui in materialem hæreſim de hæreticis rebaptizandis incidit? nonnè ex eius ſententia occaſionem arripuere Orientales maiori obſtinatione dictam hæreſim propugnandi, etiam poſt decretum Stephani Papæ? Ob id igitur inculpādus S.Cyprianus? cur ergò inculpandus Honorius? reſponſionem inquirat. In-

Digitized by Google

Interìm ego Honorianam Oeconomiam, quam ex dictis ſatìs ſupèrque deducitur comparari nullatenùs poſſe cum Oeconomia Hæreticorum, vèl Iudęorum, ſèd potiùs comparari debere cum Oeconomia Zoſimi, Vigilij, Gregorij, Epheſini Concilj, ac præ omnibus D.Baſilij; laudabilem, & commendatione dignam fuiſſe inferam ex ipſo met Maximo, quem contra Honorianam Oeconomiam ſtare contendit Arguens. Quod ùt faciliùs aſſequi poſſit, iuuat ex dictis ſupponere S.Maximum infenſiſſimum hoſtem fuiſſe Oeconomiæ Monothelitarum, quam comparat Oeconomiæ Arianorum, & Iudęorum ac Troilo aienti: *In Palatio dixi tibi, quia per Typum non interimit, ſed taceri iuſſit, ùt pace fruamur omnes*, reſpondiſſe: *Silentium verborum, interemptio eſt verborum per Prophętam enim dixit Spiritus Sanctus: Non ſunt loquelæ neque ſermones, quorum non audiantur*

tur voces eorum. Et Gregorio aſſe-
renti idem, quod Troilus: *Eſt apud diuinam Scripturã taciturnitas demptio*. Hoc ſuppoſito: ſi Sanctus Vir Oeconomiam Honorianam, ſimilem Oeconomiæ Conſtantis, & Hæreticorum putaſſet, quomodò tàm ardenti ſtylo Honorium vt Orthodoxum defendendum ſuſcepiſſet? Suſcepit, inquies, defendendum quoad Dogma, non quoad Oeconomicam conniuentiam. Benè; igitur Honorij ſilentium non fuit *verborum interemptio*, nec ipſius *taciturnitas fuit demptio*, alitèr Honorium etiam quoad Dogma ſaltèm interpretatiuè; & implicitè defeciſſe Vir Sanctus putaſſet. Inſupèr, nonne eius œconomiam deteſtabilem adeò cenſent Aduerſarij vt ipſum dignum reddiderit eadem cenſura, eodemque anathemate, quo Hæretici à Synodo ſexta confoſſi fuere? Quomodò ergo Vir Sanctus perſæpè in epiſtola ſua dogmatica, Honorium

ma-

magnum, diuinumque appellare non dubitauit? Nūquid *Magnus?* num. quid *Diuinus?* Hæreticorum Fautor, Monothelitarum Propugnator, Chriſti Domini hoſtis duarum ipſius voluntatis deſtructor, Arianis & Iudæis in œconomica conniuentia ſimillimus!?

Argumenti huius, ſicùt & alterius omninò ſimilis à nobis breuitatis ergo relicti, quod efformare facilè quiſpiam poteſt ex Apologia Ioannis IV. Pont. Max. pro Honorio, efficaciam effugere non valens Combefis, pag. 129. & ſeq. de Legatis pro Honorio non adducentibus excuſationes tùm Maximi, tùm Ioannis, hæc habet: *piam magis, quàm ſolidam habentes Ioannis IV. excuſationem, ac ſubindè Maximi, qua perindè excuſari poſſe videretur, cùm Heraclij Ecthesis, tùm Typus Conſtantis, tametſi alius fortè fuit Honorij animus, ac qualē Ioannes ex Scribæ eiuſdem Honorij fide, oſtendit. Verùm in iudicijs, niſi adſint adminicula alia, quibus*

animus

animus innoteſcat, excuſatio eiuſmodi eſt inutilis iudicantibus hominibus ex ijs, quæ parent &c. Sed quàm friuola ſit, & inefficax reſponſio hæc, iudicent cordati Lectores. Ipſe obſeruare contentus ero, quòd Ioannes IV. non niſi conſentiente Concilio Romano ſcripſerit Apologiam pro Honorio, quòdque S. Maximus, nõ vt cumquè ex Honorij animo ipſius defenſionem ſuſceperit, ſed ex magni momenti adminiculo rectũ ipſius animũ fuiſſe colligens: cũ enim Honorij epiſtolas orthodoxè explicari poſſe viderit S. Martyr an verè ſic intellectæ ab Honorio fuerint, cenſuit meliùs ſciri non poſſe, quàm ex Honorij Scriba adhùc ſuperſtite. Quòd ſi leuis & nullius ponderis videbitur huiuſmodi coniectura P. Combefis, dicam ipſius pace, magis in Honorium infenſum, animum eius eſſe, quàm ipſiusmet Pyrrhi, qui Honorium inter Monothelíſmi fautores conatus olim

eſt

eſt recenſere : Vrgente enim S.Maximo : *Quis fuerit fide & auctoritate dignus epiſtolæ huius interpres, qui eam ex Perſona Honorij ſcripſit adhùc ſuperſtes, & qui totum Occidentem cùm alijs virtutibus, tùm Dogmatibus Fidei Chriſtianæ illuſtrauit, an ij, qui Conſtantinopoli quæ ex corde erant loquebantur?* Pyrrhus negare non valens ſtandum eſſe expoſitioni ſuperſtitis Scribæ, reſpondit : *Qui hanc compoſuit.* His adde S.Maximum non præcisè in Honorij Scribæ dictis fundari, ſed orthodoxum Honorij animum colligere ex ipſiuſmet epiſtolis : *& quòd hunc ſe vſum ſectêtur* (inquit ipſe de Honorio ep. ad Marin. orthodoxè priùs explicata Honoriana phraſi vnam in Chriſto voluntatẽ ſtatuente) *hinc eſt manifeſtum, cum enim dixiſſet . . . . ſub infert : Vndè & vnam volũtatem fatemur D. N. I.C. quia profectò à Diuinitate aſſumpta eſt natura noſtra, non culpa.* Iam quænam his efficaciora

ciora adminicula cupit P. Combefis, ex quibus Honorij animi rectitudo ſolidè inferri poſſit, attenta præſertim regula Pelagij II. ep. ad Ep. Iſtr. *quòd*, nempè, *res, quæ dubietati ſubiacet ſempèr in partem interpretanda eſt meliorem?*

Deueniendum nunc ad obiectionum ſolutionem, & in primis non poſſum non mirari quòd Natalis Alexander, inter alias authoritates, quibus Honorium in ſexta Synodo damnatum fuiſſe adſtruit, vtatur Anaſtaſij Bibliothecarij verbis: *licèt huic* (Honorio) *ſexta Synodus, quaſi hæretico, anathema dixerit*. Quòdque ante ipſum Tamagninus ex eodem Anaſtaſio probet ſextam Synodum corrumpi non potuiſſe: *Quiſuè* (inquiens) *admittat Anaſtaſium Bibliothecarium virum eruditiſſimum, qui in Præf. ad* 8. *Synodum præcipuas aperit violationes Conciliorum, in hac grauiſſima corruptione, & quæ plurimùm ad ipſum, vt potè defenſorem*

rem Rom. Pontif. omnino dormiuiſſe? Non poſſum inquam, de hoc non mirari, in primis enī ſi apud ipſos adeò pręualet authoritas Anaſtaſij; inferre nō minùs ex ipſa deberent ſextam Synodum quoad Honorij damnationē ſuſcipiendam nullatenùs eſse, quod tamèn ipſi conſtanter negant. Cæterùm ſi Anaſtaſij diſcurſus benè attendatur, non eſt diuerſus à ſuperiùs à nobis adducto; ex eo quòd enim Honorius obierit in Eccleſiæ pace, fueritque defenſus à Ioanne IV. & S. Maximo, intulit abſolutè Honorium ab omni prorsùs errore fuiſſe excuſabilem, & obijciens ſibi ſextam Synodum, ne quid ſiniſtrum de illa ſentiret, dixit quoad dictam damnationem non eſſe ſuſcipiendam, non obſcurè etiam innuens damnationem dictam emanatam non fuiſse à plena Synodo Legatis Apoſtolicis conſentientibus, tùm verbis illis: *nè videamur tam ſanctam Synodum accuſare, vèl te-*

Digitized by Google

merè reprehendere, accuſaret autèm proculdubiò & reprehenderet, ſi Honorij damnationem quam iniuſtam putat, ipſi tribueret tùm etiam comparando Synodum hãc cum Chalcedonenſi, in qua ſaltẽ Canonem 27. de Patriarch. Conſtant. conditum fuiſse abſentibus Legatis Apoſtolicis, apud hiſtoricos eſt in confeſso: En verba Anaſtaſij. *Ad manus noſtras venire contigit Apologiam quarti Ioannis Rom. Pontif. pro Honorio Papa à Calumniatoribus impetito, quòd unam D.N.I.C. ſcripſerit voluntatem. Quæ videlicèt Apologia ſatis hunc, ut reor, excuſabilem reddit, licèt huic ſexta Synodus anathema dixerit, & in Dei ſolius* (nota hanc particulam) *iam iudicio poſitum, reprobationis telo confoderit*. Et poſt pauca, *ſed nè videamur tàm ſanctam, tàmque venerandam Synodum accuſare, vèl temerè reprehendere, licere nobis opinamur de illa ſentire, quæ SS.PP. noſtros de Chalcedonenſi magna Synodo ſen-*

ſenſiſſe non ignoramus, quorum vnus, S. videlicèt P. Gregorius vſque ad prolationem tantummodò Canonum hanc ſuſcipiendam fore ſignauit. Quid clarius? Quid in noſtrę confirmationem ſententiæ efficacius poteſt deſiderari?

Ex præfata Anaſtaſij authoritate apertiſsimè hìc deduci debet primò, vitam Leonis II. quæ extat in lib. de vitis Rom. Pōt. Anaſtaſio attributo, vel ab Anaſtaſio compoſitam non fuiſse, vel falſificatā fuiſſe ab æmulis R. E. Prorsùs enim chimericum videtur quòd ipſemet Anaſtaſius ſextam Synodum quoad Honorij damnationem ſuſcipiendam non eſſe docuerit, & ſimùl à Leone approbatam fuiſse cenſuerit. Secundò ſextum Concilium quoad Honorij damnationem ab Apoſtolica Sede nunquam approbatum fuiſſe, adeòque corruptas & falſificatas ab Orientalibus eſſe epiſtolas Leonis II. Siculi, quæ circumferuntur. Nec ſanè mirum epi-

ſtolis Leonis contigiſſe, quod ſupra tetigimus accidiſſe ſcriptis Vigilij Papæ, & quod fortaſſitan euènit Sancto Leoni itidèm Papę, qui in ep. ad Palæſtinos conqueritur, ſe viuo, vèl imperitè interpretatam, vèl malignè falſatam fuiſſe à falſarijs illis Gręculis epiſtolam ſuam ad Flauianum, in qua Incarnationis Verbi myſterium explicauerat.

Nec dictæ falſificationis deſunt argumenta non contemnenda. In primis enìm ea omnia, quæ Honorij damnationem impoſſibilem adſtruunt, etiam huiuſmodi falſificationem ſtabiliunt. Quibus accedit modus loquutionis improprius, nè dicam tanto Pontifice indignus. Eſto enìm Honorius damnatus fuiſſet, eiuſque damnationem approbare Leo voluiſſet, debebat ità Honorium damnare, vt ex ipſius damnatione nulla Apoſtolicæ Sedi iniuria oriri poſſet, modo, quo D. Auguſt. ex Marcellini &c. lapſu

nullum dixit, Eccleſiæ vniuerſæ detrimentum ortum fuiſſe. At in Epiſt. Leonis, ab Honorio Apoſtolicam Sedem maculatam eſſe apertè inſinuatur, *nec non & Honorium, qui hanc Apoſtolicam Eccleſiam non Apoſtolicæ Traditionis doctrina luſtrauit, ſed profana proditione immaculatam Fidē ſubuertere conatus eſt*. Quod argumentum, ùt efficax admitti debet inter alios ex aduerſarijs à P. Combefis, ipſe enim pag. 124. & ſeq. reſpōndēs Baronio Honorij indemnitatem inferenti ex eo quod *aſſeruerit Agatho nulla hæreticæ ſuſpicionis labe hactenus aſperſam fuiſſe Apoſtolicam Sedem*: Propoſitionem Agathonis, vt veram amplectitur, & illationem Emin. Scriptoris negat, diſtinguens *Apoſt. Sedem, ab hoc homine*, qui illi præſidet. Qua igitur veriſimilitudine credi poteſt, quòd Leo Papa ſaltèm diſtinctionē præfatam non agnouerit, & contra modum loquendi ſui Predeceſſoris, *ex huius ho-*

Digitized by Google

minis errore Apoſt. Eccleſiam maculatam crediderit? Inſupèr niſi falſatas aſſeramus epiſtolas tanti Pontificis, fateri cogimur Honorium nedùm œconomici ſilentij reum fuiſſe, ſed & Hæreticum, & hæreticis omnibus peiorem, quod non credam à viro Catholico poſſe concedi, & tamèn concedi deberet ob verba præfata, in quibus nedùm dicitur Honorium Hæreticis conſenſiſſe, ſèd & omni conatu Hæreſim propugnaſſe. Neque iuuat epiſtolam Leonis, altera ipſius explicare, in qua ſolùm ait de Honorio. *Cum Honorio, qui flammam heretici dogmatis, non, vt decuit Apoſtolicam authoritatem, incipientem extinxit, ſed negligendo confouit.* Potiùs enim verba hæc falſificationem dictam confirmant, ſi enim de ſola negligentia damnandum Honorium cenſuit Leo, non eſt veriſimile adſcripſiſſe illi *conatum ſubuertendi Fidĕ immaculatam prophana proditione.*

De-

Denique Leonis epiſtola con-dictoria eſt epiſt. Agathonis, quis enim non videt compati ad inuicèm non poſſe duo hæc Spiritus Sancti oracula, quorum vnum, Honorium excuſat, & laudat, aliud accuſat & reprehendit? Agatho de Honorio: *Dominicis inſtructus Doctrinis* ſilentium indixit: Leo verò: *Non Apoſtolicæ Traditionis doctrina luſtrauit*, *ſed profana proditione maculauit*. Sanè firmiſſimum apud me eſt culpam in falſarios Orientales potiùs refundi debere, quàm quidquam veritati, pietatique non conſonum, Pontificibus dictis adſcribi.

Secunda obiectio formari poteſt contra id quod pag. 113. & ſeq. diximus, Honorium videlicèt in epiſt. ad Sergium ex Cathedra locutum fuiſſe, cui obſtare videtur quòd Honorius in epiſt. dictis nihil definiat, nihilque doceat, præſertim cum loqui ex Cathedra nihil aliud ſonet, quàm Eccleſiam vniuerſalem definitiuè

 docere,

Digitized by Google

docere, vt pag. 115. nos ipſi tetigimus. Reſp. me id ad hominem contra aduerſarios dixiſſe, qui Agathonis verba de Prædeceſſoribus ex Cathedra loquentibus limitanda contendunt; cum, alterum ex his duobus admitti oporteat, vèl quòd Agatho non de ſolis Prædeceſſoribus ex Cathedra loquentibus interpretari debeat, vt diximus pag 114. & ſeq. vèl quòd indictio ſilentij inter opera Prædeceſſorum ſuorum, adeò commendata ab Agathone, ad Pontifices ex Cathedra loquẽtes pertineat. Cæterùm eſtò loqui ex Cathedra propriè & in rigore idem ſonet ac definitiuè Eccleſiã vniuerſalem docere iuxta à nobis dicta loco citato, & vt colligi videtur ex D. Hieron. lib. 4. comm. in cap. 23. Matt. vbi docet *per Cathedram, doctrinam legis venire*; ſumi etiam, licèt largiùs, poteſt prout conuertitur cum ly, *præcipere ex Cathedra*, & in hoc ſenſu patet Honorium non niſi ex Cathedra

thedra locutum fui ſic in epiſt. ad Sergium, ſtantibus enim circumſtantijs, quę tunc verſabantur, non niſi ad Summum Pontificem qua talem ſpectare poterat imminentibus malis obuiare indictione ſilentij. Et in hoc ſenſu accipiendas cenſeo rationes, quas pro locutione Honorij ex Cathedra apud Marcheſium videndas reliqui.

Tertia obiectio quæ ab Aduerſarijs putatur euidens & conuincētiſſima, eſt desūpta ex eo quòd nō appareat quomodò corrumpi potuerint Synodi ſextæ acta. Cum enim quilibet ex Patriarchis ſuos habuerit Notarios, ipſiſque omnibus tradita fuerint exemplaria authentica, non videtur datum fuiſſe locum corruptioni.

Pro ſolutione huius difficultatis aduerto, quòd eſto non innoteſcat nobis modus corruptionis ſextæ Synodi, non indè inferre debemus non fuiſſe corruptam, ſi pro corruptione præualent ar-

gumenta magni momenti.

Nec mirentur aduerſarij nos ad hanc recurrere reſponſionem, non enim veremur ea vti doctrina, qua vſus eſt S. Auguſtinus, qui ep. 48. licèt fateatur nullibì inueniri S. Cyprianum retractaſſe opinionem de non admittendo Hæreticorũ Baptiſmate, prudentèr eſtimandum eſſe, ait, ſe retractaſſe, eiuſque correctionem fuiſſe Orientalium dolo ſuppreſſam, eò quòd de S. Cypriani ſanctitate cõtrarium ſuſpicari S. Doctori viſum eſt temerarium: *correxiſſe iſtam ſententiam non inuenitur; non incongruentèr tamèn de tali Viro exiſtimandum eſt quòd correxerit, & fortaſsè ſuppreſſum ſit ab eis, qui hoc errore nimiùm delectati ſunt, & tanto velùt patrocinio carere noluerunt.* In propoſito: Habemus ex dictis Honorianam Oeconomiam non fuiſse damnabilẽ: Habemus Honorium à S. Maximo appellatum fuiſse, *Magnum, & Diuinum*: Habemus Martinum Papam, &

Aga-

Agathonem, Prædeceſsores ſuos & inter ipſos nominatim Honorium commendaſse, eiuſque œconomicam cõniuentiam: Habemus, Legatis, qui ſufficienti ſaltem erant ſcientia præditi, perſtrictam fuiſse authoritatem ab Agathone, nedùm quo ad Dogmata, ſed etiã circa Honorij damnationẽ, prohibitumque fuiſse ipſis de dubijs & incertis contendere, nec ab Agathone priuatam ſuſcepiſse inſtructionem in Honorij cauſa, quæ, aliaque complura impoſſibile prorſùs reddunt quòd Honorius fuerit Legatis præſentibus damnatus, quòdque Legati Apoſtolici nec verbum protulerint in Honorij defenſionem, præſertim cũ act. 16. habeatur Georgium alioſque Epiſcopos rogaſse vt ſola hæreſis confoderetur anathemate, nõ verò Perſonę P.P.C.C.

Ex quibus etiam apparet inefficacia argumẽtorum, quibus nos vrget P. Combefis fol. 129. vbi eſtò dare videatur, Legatos

inſtructos nō diſceſsiſse ab Agathone in Honorij cauſa, ſubdit: *Quid verò prohibet conſuluiſſe, cùm tòt menſes fluxerint à primo eorum aduentu Conſtantinopolim, primaſque Synodi actiones, ad 13. qua Honorius damnatus fuit? Vt autèm non conſuluerint, quia Acta non habeant, frigidius eſt, nec enim omnia, ac nec pars plurima geſtorum in Synodis in Acta referuntur. Nullam quidèm Honorij excuſationem legimus, àt neque vllius Regiæ Vrbis Patriarcharum, pronunciante in omnes Synodo eadem indiſtinctione ex ſolis eorum inuentis monumentis. Abſoluas ergo etiam illos, ùt Honorium ſis abſoluturus, quòd indefenſus damnatus ſit.* Hæc, inquam, omnia ex dictis corruunt, & quidèm argumentum, quo ſupra probauimus Legatos nec priuatam inſtructionem habuiſſe ab Agathone pro Honorij damnatione, concludit Agathonem nec à Legatis conſultum, præſtare pro eadem potuiſſe

tuiſſe

tuiſſe conſenſum: Quòd ſi præ-
ſtaſſet debebant tùm ipſem.t
Agatho, tùm Legati præcipere,
vt id in Concilij Actis exprime-
retur. Siquidèm eſto non omnia
apponi ſoleant in Concilijs, ex-
primi ſaltèm debent ea, qui-
bus ignoratis, vèl Concilij Pa-
tres argui poſſent erroris, vèl
Cōcilij Acta credi deberent fal-
ſata. In caſu, ſi Pontifex prefatum
præſtitiſſet conſenſum, ſe procul-
dubiò retractaſſet, re meliùs
cognita, (quòd, quàm ſit in-
uerisimile conijce Lector ex di-
ctis) à publica commendatione
Honorianæ Oeconomiæ, quis
igitur credet tantum Pontificē,
eiuſque Legatos, Patreſq; ipſos
Orientales, quibus pergrata
eſſe debebat Agathonis retracta-
tio, ipſius epiſtolam, in qua non
ſine laude de Honorij conniuen-
tia fiebat mentio à plena Syno-
do approbatam, veluti ab ore
Spiritus S. editam, in Synodi
Actis inſeri immutatam permi-
ſiſſe

ſiſſe, & nulla facta mentione de retractatione prædicta, inter dãnatos Honorium connumeraſſe? Nos igitur nõ inferimus quòd Legati Agathonem *non conſuluerint*, præcisè, *quia Acta non habeant*, ſed quia Acta oppoſitum habeant.

Quod autèm Combeſis ſubdit de P.P.C.C. nullius eſt momenti. Nàm vltrà quòd diuerſiſsima eſt ratio de Honorio, cuius cauſa ſaltèm dubia erat, & de quo Agatho laudabilitèr ſenſerat, ac de illis iam anteà damnatis in duobus concilijs Romę habitis; iàm vidimus Georgiũ alioſque Epiſcopos rogaſſe: *vt ſi poſſibile eſt nominatim, non anathematizentur Perſonæ in exclamationibus, ideſt* Sergius, *Pyrrus, Paulus, & Petrus*. Vndè argumentum in Aduerſarium contorquens, ſic inſto: Eſt nè probabile, quòd in Synodo generali facta fuerit præfata Georgij ſupplicatio, & In Actis inſerta, quodq;

quodque in Honorij Pontificis ſummi fauorem nihil prorsùs fuerit prolatum, nihil in Actis appoſitum? Certè ſi Honorius damnatos inter fuit connume. ratus, vèl Legati Georgio op- poſuiſſent, quòd anathemati. zata Honorij perſona, poſtulare non vererentur, ne anathemati- zarentur perſonæ P.P. C.C. vèl ipſemet Georgius, ut Legatos ad intentum magis induceret, com. munem pro Honorio, & P.P. C.C. ſupplicationem efformaſ. ſet. Vt igitur vndè diſceſſi re- deam, ex eo quòd non innote- ſcat modus, quo fuerint Acta Synodi ſextę interpolata, malè colligitur non fuiſſe corrupta.

Cœterùm inter omnes modos quibus cenſent Authores fuiſſe corrupta ſextæ Synodi acta, ve. riſimiliùs mihi videtur diſcurri, dicendo, acta Concilij ſexti, corrupta fuiſſe Cōcilio non dùm abſoluto à Notarijs ipſis, qui vbicumque mentio aliqua erat

de

de Hæreticis Monothelitis, deque ſuis P.P. C.C. inſeruerunt Honorij nomen. Modum hunc me docuit omnigenæ eruditionis & doctrinæ Vir D. Ioannes Paſtricius in Vrbano Collegio de Propaganda Fide S. Theologiæ Polemicæ Profeſſor inclytus, cuius epiſtolam benignè quo ad hoc punctum, quæque diximus pluribus egregiè confirmantem, ad me miſsam, pro coronide huius aſsertionis ſubnectere hìc placet, vt à tanto Viro ſplendorem acquirat opuſculum, quod nulla dignitas Authoris commendat.

Egre-

Egregio, & Docto Viro A. R.P. Mag. F. Bonauenturæ S. Elia Panormitano S. Theolog. Lectori.

IOANNES PASTRITIVS SPALATENSIS.

Sacr. Theolog. Lector Sal.

NIhil magìs arduum, neque aſperioribus ſalebris implicitum ex me quærere poteras, Vir ornatiſsime, quàm quod nuper mihi etiam reluctanti ſoluendum ſummo ſtudio propoſuiſti. De Honorio P. M. in ſexta Synodo inter Monothelitas numerato tot ſæculis vigens controuerſia, nodus eſt neque ipſo gladio abrūpendus, vt ille Gordius.

Quic-

Quicquid in hoc argumento dicatur; pluribus ſubeſt anfractibus, ita ùt fieri nequeat ut proferatur in medium aliquid, quod omnem penitus lapidem dimoueat. Adeò quælibet in hoc genere ſunt plena obſcuritatis, & periculi. Incorrupta aliqui tuentur Acta ſextæ Synodi. Sed ea ab aliјs in ſuſpicionem vocantur, ſecùs enim vèl Pontifex de hæreſi culpandus ipſis videtur, vèl Concilium de errore, & iniquitate, imò, & inconſtantia. Hi corrupta eſſe propugnant. Sed ab illis de fictione, & irreuerentia erga veterum ſacroſancta monumenta accuſantur: indè enim putant, antiquorum ſcriptorum fidem totam vacillare; mordicùſq; tenent defendendã

ſin-

ſinceritatem Actorum, quouſque euidenti ratione, vèl antiquorum codicum teſtimonio deſtruatur. Reponunt *verò aduerſæ partis* Auctores, *quòd ad fidem ſcripto, vèl Auctori denegandam, ſufficiat in aliquibus partibus mendacium fuiſſe deprehenſum: qui enim ſolet delinquere, ſupponitur etiam in eo, de quo quæſtio eſt, deliquiſſe. Quapropter agnoſcentes facilitatem* Grecorum *ad corrumpendum textus, ipſo quoque tempore* Sexti Concilij *in vſu poſitam, negant Monothelitas abſtinuiſſe manum à deprauatione.* Ioannes Garnerius *ſibi viſus eſt omnem litem componere editione* Codicis, *quem anno* 1680. Pariſijs *euulgauit inſcripſitque. Librum*

Diur-

Diurnum Romanorum Pontificum, quem cenſet collectum anno 715. In eo enim Codice Profeſſionem Romani Pontificis ſecundam legit, in qua poſtquam expreſſit doctrinam ſextæ Synodi habet ea verba: Auctores verò noui hæretici dogmatis Sergium, Pyrrum, Paulum & Petrum Conſtantinopolitanos vnà cum Honorio, qui prauis eorum aſſertionibus fomentum impendit. *Vndè colligit non damnatum fuiſse Honorium tamquam hæreticum, ſed tamquam hæreſis autorem, & ità in Præfatione nu. 9. gloriatur ſe omnia conciliare, ità vt neque ſinceritas Actorum neque Synodus ſexta accuſetur,* neque Honorius quamuìs omninò fuerit

rit purus Monotheliſmi, culpa caruiſse putandus ſit. *Sed Adriani II. teſtimonium, quod in Notis ad eam profeſſionem adducit, Monotheliſmum videtur ſupponere, & lapſum in hæreſim, de qua erat accuſatus ab Orientalibus. Deindè quo pacto vult cæteros admittere pro ſincero librum Diurnum Romanorum Pontificum ab ipſo editum, cum num. 19. Præfationis ſuæ ipſemet fateatur interpolatorem quemdam fortè inſeruiſſe recentiora & vilia? Alius ergo iure ſuſpicabitur illum interpolatorem, vèl alium Profeſſionem, vbi ea verba ſunt, inſeruiſſe, vel vitiaſſe. Inuenerant Iuo Carnotenſis, Gratianus, Antonius Auguſtinus, & Baronius doctiſſi-*

mi

mi ſanè viri Profeſſionem, *quam primam ex ſuo Diurno vocat Garnerius*, *&* *tamèn abſque vlla dubitatione hic loquitur*: Eam omnes illi profeſſionem acceptam tradunt ex libro Diurno ſèd nemo tamèn eam refert puram, vt hic eſt, ſèd ad vſum noni ſęculi auctam, atquè interpolatam. *Cur idem non licebit ijs omnibus, & cæteris rependere Garnerio; præcipuè, dum ipſe fatetur ſuum Codicem in aliquibus eſſe interpolatum?*

2 *Cum itaque res in ancipiti videatur, & clara veritatis facies non appareat, ſed probabilitatis maioris, vèl minoris ſemitæ terantur; ipſiq; Apoſtolicæ Sedis defenſores non conueniant, ſed hinc,*

& indè militent, dùm quiſque in ſua quidem ſententia conciliari putat omnia, in oppoſita verò fieri præiudicium Romani Pontificis prærogatiuæ, quæ à Catholicis aduerſùs hæreticos propugnatur: Tibi hanc, & illam viam comparanti placuit de corruptione Actorum ſententia, quam & alij graues, doctique viri propoſuerunt. Agathonis enim Sanctiſſimi Papæ firmiſſima dicta de incorrupta doctrina & vigilantia omnium planè ſuorum Prædeceſſorum à Patribus Synodi ſextæ magna cum veneratione recepta, non facilè ſtare videtur, ſi nomen Honorij à Synodo fuiſſe Monothelitis connumeratum concedatur. Neque porrò mirum aut nouum eſt antiqua ſcri-

pta

pta in aliquo puncto interpolata affirmare, vel ſaltèm in ſuſpicionem vocare, ob abſurda quæ ſequi videantur, etiamſi Codicū teſtimonio deſtituantur. Et ità non defuerunt, qui in Flauio Ioſepho Iudæo, vbi de Ieſu Nazareno loquitur; in Sibyllinis oraculis, vbi de noſtræ Religionis myſterijs clariſsima verba ſonant, inque pluribus alijs, imo in ipſis vetuſtiſsimis Diuini Verbi Hebraicis textibus aſſumentum exiſtimarunt. Illi ipſi, qui detrectant admittere corruptionem in Synodo Sexta, illi ipſi multis Eccleſiaſticæ antiquitatis monumentis admiſſis ab Eccleſia, & magna cum reuerentia decantatis, non verentur fidem adimere ex integro

tegro

Digitized by Google

tegro; vel ex parte, inter quæ D. Athanaſii Symbolum fidei, & hymnus Te Deum *tributus communiter D. D. Ambroſio, &* Auguſtino *, quæ alijs auctoribus poſterioribus adiudicant. Quamobrem quæ ab aliquibus in Eccleſia, vt certa affirmantur, alijs ſuſpecta ſunt. Ideoque ſi ex Actis Conciliorum arguere quis velit, validiſsimum argumentum deſumere dicendus non eſt, niſi ex ijs locis, quæ non ſint iure merito controuerſa: ſecùs verò ſi de integritate textus dubitetur, dubium quoquè, vel probabile, non ineluctabile conficiet argumentum.*

3 *Qui Actorum ſinceritatem admittunt, hæretici quidem contendunt, lapſum fuiſ-*

ſe in peruerſum dogma Honorium Romanum Pontificem etiã ex Cathedra loquentem. Catholicorum verò nonnulli eum docuiſſe hæreſim concedunt, non tamen vt Magiſtrum vniuerſæ Eccleſiæ, ſed vt priuatum Doctorem; in quo nullum ſequi præiudicium Sedi Romanæ arbitrantur. Alij ab errore in fide eum vindicantes, in œconomia ſiue ob indictum ſilentium, quod dogmati Catholico erat noxium, ſiue ob communionem cum hæreticis erraſſe dicunt, & idcirco inter hæreticos iuxta antiquam Eccleſiæ conſuetudinem recenſitum. Alij nullum in Honorio errorem agnoſcentes, Patres erraſſe defendunt, quòd ex lectione Honorianæ

Epi-

Epiſtolæ, & Sergianæ eamdem eodem modo ſententiam vtrique ineſſe per errorem ni facto collegerint, cum poſt examen diligentius Honorio alia mens, quàm Sergio fuiſſe conſtiterit.

4 Qui verò corrupta Acta tenent, non eamdem ineunt viam. Et hi quidem deprauationem ſubſecutam affirmant, ſucceſſu ſcilicet temporis à Monothelitis factam, vt in Patrum ſcriptis ſæpe contigit. Alij verò in ipſo Concilio à tumultuantibus Patribus, & abſentibus Legatis factam. Sed cum tibi corruptionem tum coniecturis, tum argumentis probabilibus adſtruenti non placeant quæ hucuſq; proſtãt apud vul-

gatos Auctores, & quæras commodiorē viam ad ſoluendas difficultates, quòd deprauatio nò modò Sextæ, ſed aliarum quoque Synodorum affirmanda eſſet, & alias: auditam ex me rationem quamdam euadendi, viſus es libens amplecti, eamque poſtulas tibi explicatiùs pronunciari.

5 *Obſequar ea ſanè qua decet erga alios reuerentia; non enim meo fidens ingenio auſus ſum effari quidquam niſi communicato cum doctis viris conſilio, eorumque votis auditis. Hìc ego non ipſam corruptionem textus Synodici mihi comprobandam ſuſcipio. Hoc ipſe tuis doctrinis ingenioſè præſtitiſti. Sed hypotheſi facta de corruptione affir-*

manda, modum exponam, quo, ni fallor, multa conciliantur faciliùs.

6 Hic verò eſt: Si fixum ſit Honorium neque erraſſe in dogmate, neque debuiſſe damnari ob indictum ſilentium; ſi conſtiterit probari non poſſe à cordato viro, quòd eum damnarint tot grauiſſimi Patres in Sexta Synodo præſentibus Apoſtolicæ Sedis Romanique Conciliÿ Legatis à Sanctiſſimo Agathone plenè inſtructis quoad eiuſdem Sedis tuendam pro viribus dignitatem; adeoque in hoc puncto integritatem Actuũ eſſe violatam: Si præterea excludatur corruptio ſubſequens Actorum publicationem: hæc enim omnia tuis coniecturis & argumentis hucuſque ſtatuiſti:

Quid aliud reliquum eſt, quàm ante huiuſmodi euulgationem contigiſſe deprauationem? Quis enim non videat in ſuppoſitione, quòd corruptio ſit affimanda, ſi ea non admittatur poſt euulgata Acta, antea contigiſſe? Quòd ſi ea deprauatio à Patribus eſt remouenda, inter quos nullus fuit Anatolius, ſed omnes obſequentes Romano Pontifici Agathoni, ita vt Macarius Anthiochenus Patriarcha etiã ſi Throno C. P. addictiſsimus, quia tamen obſecutus Agathoni non fuerit, anathemate perculſus ſit, ſicuti & quilibet eius temeritatem imitantes: quid ſequitur, quàm à Clericis C. P. ſociÿſque Synodi Notarÿs eſſe factam? Sed quonam tempore? Poſt

actio-

actionum abſolutionem, lectionem atque relectionẽ, Imperatoris conſenſum, Patrum ſubſcriptionem, & poſt epiſtolam Synodicam ad Romanum Pontificẽ, dum exſcribebantur exẽplaria pro quinq; Patriarcalibus Thronis iuxta morem tradenda. En ea via, quam tibi indicaueram, & quam debeo per partes explicare. Sed ne putes me tibi vel antiquis codicibus, vel irrefragabili auctoritatis pondere confirmaturum. In tenebris omnes verſamur. Nemo lucem aut veram certitudinem exhibuit. Coniecturis vtimur: & hi quidem hanc viam, alij aliam vt probabilem, magiſque vero ſimilem pro diſpoſitione animorum varia ſequuntur. Quamobrem

licèt cuique calculum ſuum adijcere, ſemota victoriæ iactantia. Quiſque putat ſe ſtare, & ſuis ex partibus meliorem veritatis conditionem reperiri. Via hæc, quam tibi explicandam ſuſcipio, mihi, tibique, & quibuſdam alijs arridet, forte etiam pluribus adhuc arridebit. Et quamuìs ex aliarum ſententiarum excluſione, quam exhibuiſtì, opus non ſit mihi alijs argumentis ad eam vel percipiendam, vel comprobandam; tamen adminicula quædam adieci, vt ſuauiùs tua mens conquieſcat.

7 *Hæc Actorum corruptio non potuit eſſe in exemplaribus tantùm apographis, & vulgatis; in ipſis fontibus eſt agnoſcenda. Legimus enim teſti-*

teſtimonia complura Patrum, qui poſt Sextam Synodum interfuerunt alijs proximis Synodis, in alium ſcopum collimantes recitaſſe quaſdam ex ea particulas, prout in Archiuis Patriarchalibus habebantur: in ijs verò clara erat cum cæteris Monothelitis Honorij Romani damnatio. Id videre eſt in Trullana Synodo Quiniſexta, in Theodori Hieroſolymitani profeſſione Fidei edita in Synodo Hieroſolymitana, in Conſtatinopolitana Synodo, quæ eſt Septima, vbi Taraſij Patriarchæ C. P. Act. 3. legitur profeſſio, inque alijs, vt noſti. Fuiſſe autem auſos quoſpiam Acta illa autographa in Patriarchalibus quinque Archiuijs latitantia corrumpere, quis ſibi in animum inducat, cum apo-

apographa tantùm exemplaria diſſitis in locis exiſtentia corrupta eſſe vt quid incredibile obiecerit Beſſario Græcis, qui deprauationem in textibus Patrum à Latinis productorũ de proceſſione Spiritus Sancti in Concilio Florentino conclamabant? Antequam ergo in Bibliothecas, ſeù Chartophylacia codices afferrentur, ſeù ante ipſam traditionem vitiata fuiſſe Acta ſtatuendum eſt.

8 *Porrò ante Synodi eiuſdẽ Sextæ abſolutionem ad Agathonem perlata dicuntur Acta, & ab eo in Hiſpanias miſſa; quicquid ambigant alij Auctores. Sincera illa ſanè, & huius deprauationis expertia. Secùs enim potentum eſſet exiſtimare quòd ille Beatiſſimus Papa, qui adeò ſuorum Præ-*

deceſ-

deceſſorum fidem, & indemnitatem extulerat, euidens eiuſdem fidei dedecus Hiſpanis populis ſuo Patriarchatui ſubiectis in damnatione Honorij euulgaret, vel quòd inter cæteros epiſcopos Monothelitas legens Honorium damnatum, eum in miſſis exemplaribus ſupprimeret, de infidelitate & partium ſtudio culpandus, quòd nomine Synodi enunciaret, quod Synodus alitèr iudicaſſet. Potiùs ſi ea quæ ſcripta legebat, nequaquam arridebant, ad ipſam Synodum remittere par erat, vt corrigerent Patres, quæ ipſe corrigenda Pontificia auctoritate ducebat. Imò indignatione plenas litteras ad eoſdem ſcripſiſſet vt potè ſuarum literarum contemptores, nec abſtinuiſſet à Legatorũ punitio-

 nitio-

nitione, quibus ea grauiſſima negotia commendarat, Damnationem itaque Honorij miſſa ad Agathonem Acta non habebant. Duplicis generis Acta agnoſcenda ſunt: alia miſſa ad Agathonem, alia tradita Patriarchis, vel eorum Vicarijs ante ipſorum diſceſſum, vbi corruptio concedenda, ſi eam contigiſſe fixum ſit. Priora Acta ſiue miſſa à Legatis Romā, ſiuè ab aliquo eorum perlata, Latino ſermone expreſſa eſſe debuerunt. Secùs enim neque Romæ, neque in Hiſpanijs fuiſſent intellecta. Poſteriora græcè ſonantia interprete indigebant. Illa à Legatis Latinis cum veracitate, iſta à Græcis Notarijs C. P. Clericis cum fraude concinnata. Illa ob innumeras Barba-

rorum

rorum incurſiones in Hiſpaniam & Italiam perierunt; iſta in Oriente, & ex Oriente adhuc permanent.

9 *Clericis C.P. culpam hanc deprauationis tribuo. Nã cum Actorum vitiatio ſit admittenda facta in Concilio, ſi Patres à crimine ſunt immunes, in Clericos reijcienda eſt culpa. Recta enim ratio dictat, vt adductis in ſceleris cuiuſpiam ſuſpicionem nobilibus, & plebeijs, ſeù Dominis & miniſtris, potiùs in poſteriores, quam in priores cadat pondus accuſationis. Itaque quamuìs id apertè oſtendere non valeam, tamen multa perpendens ad id affirmandum inducor. Primum enim occurrit vetus æmulatio Græcorũ cum Latinis; deinde Græcæ, & Orientalis*

Eccle-

Eccleſiæ, cum Occidentali; tum Conſtantinopolitanæ (poſtquam noua Roma cœpit appellari) cum Antiqua Roma, ita vt non modò in ædificijs, & Imperij faſcibus, ſed in Eccleſiaſtica Dignitate pruriret. Nouimus, quàm citò, nempe vix 50 annis elapſis Metropolitica prærogatiua non contentus Byzantinus Epiſcopus, antea Metropolitano Heracleenſi ſubiectus, ſecundum locum, nempè primum poſt Romanum, ſibi vſurpare non ſit ueritus in Secundæ Generali Synodo, eorumque Patrum calculo confirmare; irritatum verò à Romanis votum iterum in Calcedonenſi Synodo Generali Quarta reſtaurare, prærip ẽdo dignitatem ipſi Alexandrino Patriarchæ & indè perpe-

tuò

tuò vrgere. In Neſtorio, Anatolio, Anthimo, faſtum nouimus inque cæteris deſpicientibus Romanam Sedem, ac ſententiam, & modò ferè ſupra Petri Solium ſeſe efferentibus, cùm præcipuè tàm ipſi, quàm Imperatores hæreſim tuebantur: modò ſaltem dignitatem coæquantibus addita ſibi nomenclatura Oecumenici. *Cum igitur in duarum Eccleſiarum contentione, vel æmulatione feruentiùs æſtuet in Clero, quàm in Antiſtite ſuo amplitudinis ambitio: quonam pacto ſubſtineret Clerus C. P. ſuæ Sedis Patriarchas quatuor Sergium, Pyrrhũ, Paulum, & Petrum nominatim in Sexta Synodo legi damnatos in Actis manu Clericorum eiuſdem Vrbis C. P. deſcriptis, Sedis verò æmulæ Romanæ nemi-*

minem, cum tamen Honorius Romanus & amicitia iunctus, & dogmate, Sergio C. P. & videretur & vulgaretur?

10 *Quid plura? Hanc Synodũ Sextã Imperator Conſtantinus Pogonatus à ſe conuocatam profitetur in ſua Sacra Diuali ad tollendũ diſſidiũ inter vtramq; Eccleſiam Romæ Veteris & Nouæ. En prima verba Diualis directæ ad Papam Donum, ſed datæ Agathoni:* Per omnia nouit Veſtra Paterna Beatitudo, & plures veſtræ Sanctæ Eccleſiæ Antiquæ Romæ, ex quo iuſſit Deus principalitèr nos imperare, dum voluiſſent multotiès quidem motionem facere de verbis, de quibus eſt contentio pro dogmate pietatis inter partes tam San-

ctæ

ctę veſtræ Eccleſiæ, quàmque huius Sanctæ Magnæ Dei Eccleſiæ vt ambigerent: & hoc prohibuimus fieri tempore non admittente, cognoſcentes quod ex particulari (*Græcè* μερικῆς inter partes) contentione non ſolùm vnitas fieri non poſſet, ſed magis malum accreſceret. *Et poſt pauca*: ad Generalem collectionem faciendã vtrarumque Sedium. Et: Nam non acquieuere vt memorentur Patriarchæ, qui poſtmodum fuerunt in prædicta Sancta Romana Eccleſia, donec conquiſitio, & ſatisfactio proueniat verborum, de quibus contenditur inter vtraſq; Sedes. *Auget æmulationem Imperator ornans eiſdem titulis* Sanctiſſimi, Beatiſſimi, &

Oecu-

Oecumenici *vtrumque Antiſtitem tam Romanum, quàm Conſtantinopolitanum. Aequa lance ſe ſeruare ſuam mentem in hoc diſsidio teſtatur:* Per Deum Omnipotentem non eſt apud nos partis cuiuslibet fauor, ſed æqualitatem vtriſque partibus conſeruabimus. *In hac animorum contentione Clerus Conſtantinopolitanus ſuos Paſtores Monothelitas ſequutus altè imbiberat venenum hæretici dogmatis, & quæ à Monothelitis ſiue falſa ſiue vera vulgabantur, inter quæ Honorij conſenſus & auctoritas, indubiè affirmabat, augebatque in dies odium in Romanam Eccleſiam. Cum verò pax Eccleſiarum conciliata fuit in Synodo, ita vt Georgius Conſtantinopolitanus*

Roma-

Romanæ parti vnà cum Patribus adhæreret, & cedere victoriam cogeretur Eccleſia Conſtantinopolitana Sedi Romanæ: quis ſibi non ſuadeat, hos Clericos non quæsijſſe modum ad deturpandam faciem æmulæ Eccleſiæ, dum manu eorum Acta, & rerum geſtarum narratio erant deſcribenda?

11 *Iam ad corruptionẽ proni quidam ex ipſis ad fauendum Monothelitarum dogmati corruperant Acta præcedentis Quintæ Synodi Generalis, quod in hac eadem Synodo* Act. 14. *faſſi ſunt Georgius monachus, Conſtantinus, & Sergius diaconi, ſe id egiſſe partim iuſſu Theodori, dum eſſet Conſtantinopolitanus Patriarcha, partim præſentis Macarij Antiocheni, partim Pauli Con-*

ſtan-

ſtantinopolitani mandato. Iam eiuſdem Antiocheni Presbyter dum legeret coram toto Venerabili conſeſſu Patrum teſtimonia adulterare non eſt veritus in ipſa pronunciatione addendo verbum, eum accuſantibus de corruptione Legatis Romanis; teſtimonia verò in ſcriptis allata reperta ſunt mutila eſſe & textus corrupti. Quàm vafer, quàm verſipellis, quàm peruicax hæreticus, quàm facilis deprauator Macarius? Sed quàm Clericis Conſtantinopolitanis officioſus, quàm iunctus illis? In ſupra memorata Diuali Imperator ſcribit ad Pontificem de Theodoro Conſtantinopolitano: Interrogauimus eundem SS. & Beatiſſimũ Patriarcham, & Macarium SS. & BB. Patriarcham Ciuitatis

Theo-

Theopolitanę, quęnam eſſet difficultas, quæ peruenerat inter veſtram paternam Beatitudinem, ſeù veſtram Apoſtolicam Sedem, & ipſos. *Coniuncta igitur erat cauſa C. P. & Macarij Antiocheni contra Romanam. Act. quoque 1. huius 6. Synodi Epiſcopus Nicomediæ, & Epiſcopus Claneì dicuntur* verba facientes tàm pro Sede huius Sanctæ magnæ Eccleſiæ (C. *P.*) quàmque pro Sede Antiochiæ. *Macarius hic Patriarcha Antiochenus per Theodorum Epiſcopum Melitinæ rudem ſanè & ruſticanum Act. 8. fruſtra petierat, ne damnarentur qui dogma nondum ab vlla Generali Synodo proſcriptum docuerant. Interrogatus, quiſnam ei chartam illam petitionis tradidiſ.*

didiſſet? reſpondit, præter Epiſcopos, aliquos quoquè fuiſse ex Secretario SS. Patriarchæ C. P. ideſt Georgium Diaconum, Stephanum Diaconum & Cancellarium, Anaſtaſium Presbyterum & Monachum, nec non Stephanum Antiochenum Presbyterum. Quos equidem non retuliſſet, niſi magna familiaritas interceſſiſſet Antiochenæ Sedi, & C.P. Clero in fauorem Monothelıſmi. Vnde ÿ Diaconi in ſuſpicionem adducti ſpecialitèr profiteri coacti ſunt. Patriarcha C.P. Act. 16. poſt expulſum Conſtantinum Presbyterum Apameenſem hæreticum fruſtrâ Patres de reticendis nominibus ſuæ Sedis Antiſtitum in Anathematiſmis rogauerat.
Georgius Archiepiſcopus huius à Deo conſeruandę Regiæ

Vrbis

Vrbis dixit: Ego & quidam pauci, qui ſub Sede mea ſunt Venerabiles Epiſcopi propter diſpenſationẽ rogamus, vt ſi poſſibile eſt, nominatim non anathematizentur perſonę in exclamationibus, ideſt Sergius, Pyrrhus, Paulus, & Petrus. *Hoc certè votum erat & quidem ardentius Cleri C.P. imò eo urgente propoſitam huiuſmodi petitionem fuiſſe credibile eſt*. Sancta Synodus dixit. Eos qui ſemel condemnabiles demonſtrati ſunt, & ſecundum ſententiam noſtrã iamdudùm (*Græcè ἤδη* iam) eiecti de Sacris diptychis, opportunũ exiſtit etiã in exclamationibus hos nominatim anathematizari. *Ceſſit Synodi ſententiæ Patriarcha Georgius, qui facilè etiam poſt collatam*

latam cum exemplaribus Epi-ſtolam Agathonis, idem con-ſenſerat. Georgius SS. Archie-piſcopus huius Regiæ Ciuita-tis dixit: Quoniam multitu-dinis ſiue multorum vbique conſilium obtinet, neceſſa-rium eſt nominatim memora-tas perſonas anathematizari. *Iniquo tamen animo Clerici C.P. rem tulere, vt veriſimile eſt. Itaque ne ſua ſpe penitùs exciderent, & ne Romæ Nouæ dedecus exprobare poſſet Anti-qua, in plena deſcriptione Actorum poſt abſolutas Actio-nes, & confirmationem, & ſubſcriptiones tum Patrum, tum Imperatoris; collato in-ter ſe conſilio Notarij C.P. Se-dis, & ſocij, inter Monothe-litas Honorium quoquè vbique damnatum recenſere ſunt auſi,*

reti.

reticendo ea, quæ ad defenſionemeius geſta dictaq; fuerant ad æmulæ Antiquæ Romæ *iam victricis infamiam, Nouæ verò iam victæ minus dedecus: ſperantes, dolum non ità facilè tunc detegendum, futuro verò tempore fidem ſuis artibus conciliandam.*

12 *Habes ſceleris auctores, habes eorum ſcopum, habes tempus; & ſi vis occaſionem, accipe. Antiochenus Patriarcha Macarius Monotelitici erroris præcipuus aſſertor in hac Synodo, antequam damnaretur, auditus ſepè fuit, & quæcumque pro ſe, & pro ſuo dogmate ſcripſerat, & attulerat diligenter cuſtodita & diſcuſſa ſunt, collataque cum codicibus authenticis ex Charthophylacio C.P. vt conſtat ex*

*Act.8.& ſeqq.*Inter *illa produ-cebatur Epiſtola Honorij ad* Sergium. *Neceſſe itaque fuit eam publicè legi. Lecta eſt Act.* 12. *Aderant in Concilio Romani Legati non pauci: nam licèt Imperator in ſua diuali miſſa ad C.P. Georgium numeret tres nomine Papæ, Theodorum, Georgium, & Ioannem, duos nempè presbyteros, tertium Diaconum; tres nomine Synodi Romanæ Ioannẽ, Abundantium, & alterum Ioannem omnes Epiſcopos, primum quidem* Portuenſem, *ſecundum Tempſanum, tertium Rhegienſem; tamen in ſubſcriptionibus legimus præterea Baſilium Gortynæ Apoſtolici Concilij Legatum, ſicut & Ioannem Theſſalonicenſem; Sedis verò Apoſtolicæ Legatos Stephanum*

Co-

Corynthium & Ioannem Athenienſem. Certè dum examinaretur latina epiſtola Honorij, eam contuliſſe refertur Act.13. Ioannes Portuenſis vnus ex Legatis. Itaque licèt ad Agathonem profectum dicamus aliquem ex iſtis, reliqui erant non vnus, nec duo.

13. *Dum legeretur Epiſtola Honorij iàm toties vulgata ab Hæreticis, toties defenſa à Catholicis; non eamdem in animis Patrum ſententiam fuiſſe conijciendum eſt, ſic enim in re ardua contingit. Prima enim facie Sergianæ Epiſtolæ re, & verbis videtur congruere, diſcorsque proindè intercesſit locutio. Ambiguitas pluribus viſa, aliquibus certa hæreſis pronunciatio. Numquid locutum neminem pro Ho-*

norio putemus? Abſit. Saltem tot Legati cauſam Romanæ dignitatis agere debebant. Quòd ſi iam palàm conuictos damnatoſque Patriarchas C. P. Georgius eorum in ſede ſucceſſor pro eiuſdem ſedis decore vnà cum aliquibus Coëpiſcopis petijt, vt modò vidimus, ne ſaltem in Anathematiſmis eorum nomina pronuntiarentur: quis credat, Legatos Romanos ne verbum quidem protuliſſe pro ſuæ Sedis dignitate tuenda? Proculdubio aliquos Patres liberè votum ſuum enunciaſſe crediderim, videri ſibi conſentaneas Epiſtolas Sergij, & Honorij; ſed proculdubio quoquè crediderim, à Legatis Apoſtolicis cæteriſque Epiſcopis enodatas difficultates, ità vt ſi non abſolutus, ſaltē non

dam-

damnatus Honorius appareret.

14. *In Lateranenſi Concilio S. Martini contra Monothelitas lecta fuit Epiſtola Pauli Conſtantinop. in qua Honorius dicebatur conſentire Sergio, neque legitur quiſquam ſeſe quoad hoc oppoſuiſſe; & nihilominùs in damnatione hæreticorum nullatenùs conſociatus Sergio fuit Honorius. Multò magis in Sexta Synodo Generali lecta Honorij Epiſtola, etiamſi aliqui Patrum affirmarint congruere ſibi mutuò vtrumque Sergium & Honorium, contradicentibus Legatis vel abſolutus Honorius, vel nihil de illo definitum. Id colligo ex verbis eiuſdem Concilij Act. 13. de Agathone.* Imò magis etiam declarauit eos, qui ſi-

milia ſenſerunt cum Sergio, qui exorſus eſt nouitatem vocis cacodoxam, & blaſphemam introducere in Catholicam Eccleſiam doctrinam. Vndè etiam hos cum proprijs eorum ſcriptis præfatus SS. Papa proiecit. *Cui Patrum ſententiæ ſic reſponſum eſt*; Glorisiſſimi Iudices dixerunt: Quamquàm in omnibus orthodoxa ſit ſuggeſtio SS. Agathonis Papæ, & veritati conueniens &c. *Quoniam verò Agatho numerat Sergio conſentientes Pyrrhum, & cæteros, non Honorium: patet Patres quoquè inter conſentientes Sergio non retuliſſe Honorium.*

15. *Nihilominùs diſputatio quædam, & votorum ambiguitas, quæ etiam ex tam-*

diù

diù vulgata fama apud Monothelitas augebatur, viſa eſt Clericis C. P. ſufficere, vt ſi ipſi in conſcribendis Actis in alteram partem inclinaſſent lancem, facilè conſenſiſſent tùm ij Epiſcopi, qui pro concordia Sergij, & Honorij locuti fuerant, tùm & alij fortaſſis, dùm legerent iunctum Sergio & reliquis Honorium Romanum Pontificem. Sed Imperatoris, & Epiſcoporum diligentia in conquirendis omnibus, imò in relegendis geſtis antecedentium Actionum Synodi non ſinebat quidquam vitiare. Expectarunt ergo omnium abſolutionem, Fidei definitionem Act. 17. & 18. Imperatoris aſſenſum, Epiſtolam ad Pontificem. Quibus iam exactis ad conficienda pro quinque Pa-

triarchalibus Sedibus, vt in vltima Actione dictum fuerat, exemplaria, accinxerunt ſe fraudis artifices, & tam Legatorum Romanæ Sedis ſermones in lectione Honorianæ Epiſtolæ, Epiſcoporum varia vota, & rationes omiſerunt referre (ſiquidem plura ſolent omitti, vt & in hoc Concilio Generali Patriarchæ Antiocheni electio in locum Macarij) quàm Act. 13. additionem ſpuriam ſic inſeruerunt: Cum his verò ſimul proijci à Sancta Dei Catholica Eccleſia, ſimulque anathematizari prouidimus Honorium, qui fuerat Papa antiquæ Romæ, eo quòd per ſcripta, quæ ab eo facta ſunt ad Sergium, quia in omnibus eius mentem ſequutus eſt, & impia dogmata confirmauit.

Si

Similia in Epiſtola Imperatoris inſerta ſunt, nec non vbicumque hæreticorum ſit mentio.

16. *Exiſtimarunt ij Notarij, ea Acta nõ eſſe conferenda, & examinanda vel à Iudicibus, vel ab Epiſcopis, imò neque relegenda, eò quòd iam nota fuerunt omnibus, quæ dicta geſtaque fuerant, imò ſepius perlecta audiuerant. Occidentalibus verò communicata Acta ab Agathone Latinis litteris exarata iam nouerant, ideoque non curaturos Latinos nouam Actorum Græcorum explicationem, nouum laborem Interpretis, & quidem longè maiorem exigentium. Nota erat conſuetudo, quæ ſemper viguit, Acta non eodem pacto ab*

ab omnibus in Concilio deſcribi: quòd ſi etiam vnica eligeretur editio, primùm non omnia communicari, ſed fieri nouas & nouas acceſſiones. Sic Epheſini Acta Concilij ieiuna viderunt noſtri Maiores, quæ nos plena legimus. Sic Tridentini (vt cætera taceam) ſeſſiones apud me habeo paucis paginis abſolutas, prout in dies prodibant, quibus alia & alia acceſſere, donec pleniſſima conſpecta ſit editio.

17. Res benè ſucceſſit ex animo: Acta ſic deprauata in ipſis originalibus traditis cuilibet Patriarchali Throno in archiuis ſingulorum recondita ſunt, nequaquam tunc lecta à Patribus, neque à Romanis, ſed futuro vſui reſeruata: Hinc mirum non eſt, quòd ſi quis

ex

ex authenticis Actis excipiebat Monothelitarum Catalogum, videret cum cæteris Honorium, & fideliter referens eadem verba exſcriberet, ut contigit Orientalibus Synodis, & Auctoribus. Sed abſurditatem rei animaduertentes aliqui aſſumentum exiſtimarunt; ut Auctor de ſeptem Synodis Photius, qui nullam inter Monothelitas Honorij mentionem facit in decreto Synodi VI. Alij etſi dubitarent, tamen prout legerant, fideliter retulerunt verba, mentem ſuam alijs in locis exponentes, vel differentes tractationem, quoniam tempus nõ ſuppetebat examinis. Adrianus Papa II. peruulgatam in Oriente, & Occidente inueniens lectionem ex Archiuis acceptam, viſus eſt ſuppoſuiſ-

ſe Honorium damnatum ob hæreſim à Cnncilio, ideoque aſſeruit Pontificem damnari non poſſe niſi in caſu hæreſis, forte ſequens eam ſententiam, quòd, ſi fuit in errorem lapſus ille Papa, vt doctor peculiaris errauerit, quod accidit abſque Sedis Romanæ præiudicio.

18. *Clamant aduersùs hæc dicta quidam, ac ſi totius Orbis Chriſtiani fides corruiſſet; quia per plures annos totus Orbis Chriſtianus, & Pontifices, & Patres etiam in Concilijs crediderunt ità contigiſſe: imò in Eccleſiaſticis tabulis ſcilicet Breuiarij Romani lectionibus in feſto S. Leonis II. idem habebatur. Conqueruntur de nouitate adeoq; de falſitate ſententiæ. Sed quid iſti*

dicent, cum de epiſtolis veterum Pontificum, de Dionyſij Areopagitæ ſcriptis, de Conſtitutionibus, & Canonibus Apoſtolorum, deque ſexcentis alijs interrogentur? Et Pontifices, & Concilia per plures annos produxerunt illos Canones & Conſtitutionum 8. libros ſub nomine Apoſtolorum, poſt aliquot ſecula in dubium reuocarunt eos hæretici naſutuli; Catholici verò initio non tàm firmi, deinde verò exactiori facto examine eos libros, licèt aliàs rituum antiquorum deſcriptione commendabiles, ob multa tamen abſurda ijs comprehenſa, imò ob ipſam confictionem abſonam indignos non tantùm Apoſtolis, & Clemente Romano, ſed quolibet egregio Viro iudicarunt, ideoq;

eas

eas Conſtitutiones vel falsò tri butas Apoſtolis,& Clement *appellant, cum referunt earum teſtimoaia, vel alijs verbis idē innuunt. Alij, vt iacent, verba & titulos fideliter exſcribunt. Quis indè aut de falſitate arguat hanc ſententiam quia non antiquam, vel quia primò à malæ fidei hominibus propoſitam? Epiſtolarum Pontificum vſque ad Siricium ab Iſidoro quodam, vel Iſidori nomine collectarum confictionem primus vulgauit Dauid Blondellus, recens auctor, quamuìs & Hincmari ætate lis quædam eſſet mota, non tamen pertractata: noſtris temporibus eruditi nobis in hac controuerſia aduerſantes cenſuerunt, eodem calamo eas fuiſſe exaratas: & quamuìs*

ea,

ea, quæ inde deſumpſerunt mediæ ætatis, vel antiquiores, vel recentiores Pontifices, au-ctoritatem habere fateantur quæ ſpectant ad ius, tamen quæ ſpectant ad hiſtoriam, nempè quòd ea verba ſcripta fuerint ab ijs Pontificibus, quorum nomine circumferuntur, reijciunt vt ſpuria.

19. *Idcircò dignus eſt commendatione, etſi primus, etſi pluribus annis poſterior, quiſquis in actis Synodi Sextæ nobis vitium indicauit. Sed multis ſeculis nobis remotus Nicolaus Pontifex Magnus Agathonis ſententiã renouans in affirmando, quòd nullus ſuorum Prædeceſſorum in hæreſim lapſus ſit, oſtendit ſanè, ſe non credidiſſe Acta Synodi Sextæ ſincera. Præterea ſi admi-*

miſiſſent abſq; vlla dubitatione Romani Pontifices poſt Agathonem definitionem Synodi Sextæ de Honorio hæreticis connumerato: quonam pacto epitaphia Honorij, vbi titulo ſanctitatis & doctrinæ ſanæ decoratus publicè legebatur, amota non fuiſſent, imò deleta? Et tamen recentior in vitas Pontificum à Ciaconio collectarum commentator exſcribit in Honorio duo epitaphia valdè præclara, in quibus habetur carminibus quidem ea rudi ætate dignis:

Quem doctrina potens, quem ſacræ regula vitæ
Pontificem pariter ſanxit habere decus.
Sanctiloqui ſemper in te cōmenta Magiſtri.
Emicuere tui tamquam feſæ.

Digitized by Google

cunda nimis.
Namque Gregorij tanti ve-
ſtigia iuſti.
Dum ſequeris, cupiens &
meritumque geris.
Aeternæ lucis Chriſto di-
gnante perennem.
Cum Patribus Sanctis poſ-
ſide iamque dies.
His ergo epitaphijs meritò
tibi carmina ſolui,
Quòd Patris eximij ſim bo-
nus ipſe memor.

Et quod plus eſt, in portis argenteis Baſilicæ S. Petri illud etiam legebatur præ cæteris teſte Caniſio to.6.antiq. lect. in appendice.

Sed bonus Antiſtes Dux
plebis Honorius armis.
Reddidit Eccleſijs mem-
bra reuulſa pijs.

De

Doctrinis monitiſque ſuis
de faucibus hoſtis
Abſtulit exactis iam peri-
tura modis.

Quod ſi quis referret id ad annos, qui præceſſerant eius epiſtolam ad Sergium, Epitaphij verba ſuperioris de falſitate eum redarguunt, ſicut & alia alterius epitaphij ad tumulum eiuſdem Honorij.

Tecum Virginitas ab in-
cunabulis vixit.
Tecumque Veritas ad vi-
tæ metam permanſit.

20. *Sincerè admiſerunt Romani Pontifices decreta Synodi Sextæ cum Honorij damnatione tamquam Monothelitæ iuncti Sergio, anathematizati à plena Synodo, & tamen non eraſerunt ea encomia doctrinæ, & veritatis, ſed*

in

in portis Beati Petri, cui inconcuſſa Fides promiſſa fuit, permanere conceſſerunt in Romanæ Sedis dedecus? Credant hoc alij, ego ſanè non credam. Itaque cum citarunt aliqui verba Concilij, vt iacebant, non vt credebant, retulerunt. Vrgent. In Romani Breuiarij lectionibus id legebatur, adeoque publicè ab Eccleſia Romana credebatur. Sed animaduertant iſti velim, licèt Romani Breuiarij lectionibus à fidelibus magna ſit habenda veneratio, quamdiù ſunt Pontificis calculo aut conniuentia confirmatæ, tamen in illis Sedem Apoſtolicam non obligare ſuam fidem, & propterea non concidere Orbis Chriſtiani Fidem, ſi quid falſi aliquandò deprehendatur fuiſſe inſer-

tum.

tum. Olim Eccleſia, quæ legebat, & vera eſſe credebat, contigiſſe exiſtimabat quod non contigerat; factum quod infectum. Quodnam hinc Fidei præiudicium? Quis ignorat, ibi fidelibus proponi, quæ vulgata ſunt, & quæ identidem correctione, vtpotè peculiaribus viris commendata, qui aliquando etiam falſa commiſcere non dubitarunt, ſucceſſu temporis deleta? Inter illa numeratur etiam Honorij mentio inter Hæreticos. Quòd ſi Acta ipſa Synodi Sextæ correcta non ſint, id inde contingit, quòd adhuc veritas ad plenam lucem non eſt perducta, ſicut etiam in Breuiario non corriguntur, quæ adhuc à viris doctis ſaltem aliquot defenduntur. Satis ergo fuit in hac cau-

ſa

ſa Honorij ut Romana Eccleſia in ſuis libris Eccleſiaſticis corrigeret Honorij mentionem tamquam hæretici, non tamen ſatis ut Acta ipſa apud Græcos, & Orientales magno in pretio habita corrigeret, & ſic in Eccleſijs maiores turbas excitaret.

21. Sed Leonis II. Græcis, & Latinis litteris eruditi Epiſtola confirmans Acta Sextæ Synodi ad ipſum tranſmiſſa mortuo ſcilicet Agathone eam Honorij mentionem exprimens, ac eorundem Actorum Latina interpretatio ab ipſo edita ſatis conuincere videtur, ſincera omnia fuiſſe, quæ ad tempus Adriani II. & Anaſtaſij Bibliothecarij Romæ permanſerant in Archiuis: neque ullam corruptionem ſuſpicatum fuiſ-

ſe;

ſe; potiùs agnouiſſe damnationis æquitatem: aliter vel Acta proieciſſet ſine confirmatione, vel in Latinum ſermonem conuertere exhorruiſſet. Arduam ſanè difficultatem eſſe non diffiteor, & fortè palmam aduerſæ parti concederem, ſi iiſdem verbis Latinam Leonis Epiſtolam, quam ipſe ſcripſit, non quam ex Græcia habuimus, & in Græcia corruperunt Clerici in eadem Vrbe, in qua Acta vitiauerant, licet alio tempore, proferre poſſet unà cum illis commentariis. Dicuntur Pontifices confirmaſſe Secundam Synodum, & Quartam, non tamen Canones ſe confirmaſſe profeſſi ſunt. Cur ergo Leo II. quæ quoad Fidem dogmatis, & quoad perſonas iuxta Agathonis Epiſto-

lam

lam ſancita fuerant, confirmaſſe dicendus non eſt, cæteris hoc pacto ab ea diſſentientibus denegans firmitatem? Epiſtolam, quam legimus Leonis II. non admitto tamquam ſinceram. Noui querelas Leonis I. ſcribentis ad Epiſcopos Palæſtinæ quod ſe adhùc viuo in Oriente falſata fuiſſet Epiſtola ſcripta ad Flauianum. Item Nicolai I. quòd ad ipſum remittebantur Prædeceſſorum, imò ſui ipſius Epiſtolæ vitiatæ. Noui Photij aſtus in adulterandis Epiſtolis à Ioanne VIII. ad ipſum, & ad cæteros Epiſcopos conſcriptis. Noui aliquas Latinas Pontificum literas haberi apud nos, ſed ex Græcia allatas, & ex Græca interpretatione conuerſas? In hac ipſa Synodo Sexta Garnerius

ne ius, qui Acta tuetur incorrupta in ſuo Diurno Rom. Pont. pag. 48. in Notis ad profeſſionem tertiam Pontificis fatetur, Agathonis Epiſtolam ſecundam ad Imperatorem Conſtantinum quam habemus, fuiſſe à Græcis adulteratam in verſione delendo proceſſionem Patris etiam ex Filio. Noui tempore Anaſtaſij Bibliothecarij huiuſmodi Epiſtolam Leonis non fuiſſe; aliter non auſus fuiſſet vir literatus docere, quod de Synodo ſexta docuit. Noui poſt Leonem II. factas verſiones Synodi Sextæ. Quorſum, ſi totam Synodum Leo vertiſſet? Puto eum vertiſſe, ſed quæ vitiata fuerant non vertiſſe, alios poſteriores id egiſſe. Puto, eum confirmaſſe illa Acta

Digitized by Google

non ea ratione qua legimus in Epiſtola, ſed tali pacto vt veritatem docentibus non officeret, & tumultus non excitaret. Id de Martino V. noſtris ſæculis contigiſſe nimis apertè vidimus. Ità enim Conſtantienſem Synodum confirmauit, vt quædam reſeruatio ſatis appareat. Idem dicendum de Leone II. confirmante Acta Conciliij Sexti Generalis per Epiſtolam, in qua debuit eſſe aliqua reſeruatio, & quam poſtmodùm Græci adulterarunt: & ideò mirum non eſt, quòd ea Romæ non extarit, dùm viueret Anaſtaſius, potiùs alia in Archiuis, quæ ſucceſſu temporum incurſione Barbarorum, vel alia ratione flammis abſumpta ſit.

22. *Hæc mea mens eſt,*

hæc illa via, quam à me tibi exponi poſtulabas, & quam profeſſus ſum non oſtenſione uti, ſed coniecturis, & ea ratione me adduci: quòd in hæreſim lapſum Honorium fuiſſe nullatenùs credam, cum id euincant promiſſio Chriſti, & Romani Pontificis priuilegium loquentis ex Cathedra, & Agathonis Epiſtola admiſſa à Concilio tamquam veritati in omnibus conſentanea: quòd ob ſilentium fuiſſe damnatum, ſit apud me monſtrum, cum id ex Concilio probari nequeat; & concedere damnatum Pontificem, ſed non ob hæreſim, ſit Papam ſubijcere Concilio, à quo aures Romanæ abhorrent: quòd ſi Acta ſincera dicerentur, alterum ex reiectis eſt affirmandum: nam dicere qui[d]

me-

medium, nempè in facto erraſſe Patres, eſt eos de ignorantia, & imprudentia accuſare, Legatos verò Romanos mutos in ſua cauſa, qui loquaces fuerant in aliena. Corruptio itaque admittenda eſt, & quidem in fontibus, id enim ſuadent, quæ attuli. Si in fontibus, alia via deprauationis intelligenda mihi non eſt adeò probabilis, quàm quæ propoſita modò eſt, hæc enim omnia conciliat. Id iam vnicè quærimus, non quomodò probetur, ſed quomodo ſcopulos effugiamus liberiùs. Sic magnam ædificij molem non euertimus ex Concilio Generali; ſed lapidem identidem interiectum, & non adeò cohærentem. Sic ex nobiliſſimo corpore ad eius integritatem reſtituendam non

 mem-

Digitized by Google

I [illegible]

Di[illegible] *ſimus , ſed mi-*
tific[illegible] *nimas*
ctum[illegible] *corporis ſpi-*
Cod[illegible] *non anima.*
Pont[illegible]
qua [illegible] *Sed præterea multa*
ctrin[illegible] *faciant*
ea v[illegible] *Romæ*
noui [illegible] *in hac cau-*
gium [illegible] *exarxiſſe*
Petru [illegible] *Monotheliti-*
nos v[illegible] *coniunctos*
praui[illegible] *Patriarchæ dam-*
fome[illegible] *petiiſſe ad*
collig[illegible] *reticeri*
cHon[illegible] *ſuorum Pa-*
ſum , [illegible] *tituli non*
autor[illegible] *ad mi-*
tione [illegible] *Roma glo-*
concil[illegible] *patrare ne-*
ritas [illegible] *temporibus*
ſexta [illegible] *publica*
norius [illegible] *Ex epi-*

ta-

is quoquè Honorij Papæ ribus, & ſanam eius do- am vſque ad vitæ metam ntibus intuli, Romanam m numquam admiſiſſe ram fuiſſe Honorij dam- mentionem tamquam ve- ctam à Synodo. Id enim et Fidem maculare; quam ſe intemeratam ſemper diri faſſi ſunt Romani ifices.

4. *At nimis prolixus ti- idebor breuis tamen mihi or fuiſſe pro tantæ rei di- ate; neque potui tibi cu- ti ſcire quid ſentiam, non modò fulciam meam ſen- iam, ieiunè pronuntiare d ab alio ieiunè propoſitum admiſiſſem. Hæc doctis vi- debetur reuerentia, quòd lus, & planè incomptus*

 ſer-

ſermo coram ipſis non producatur, ſed aliqua ſaltem probabili ratione veſtitus. Fortaſſis alij prætioſioribus veſtibus hanc ſententiam tenuitèr à me expoſitam exornabunt, & ad eiuſdem fundamenta firmiùs iacienda exiguis ingenioli mei lapidibus ſuos prægrandes adiungent, quodque à me ſubobſcurè dictum eſt, eorum luce coruſcabit.

Ex Colleg. Vrbano de Prop. Fide vi. Kal. Decẽ. CIƆIƆCLXXXVI.

PROPOSITIO SECVNDA.

HOnorius Papa in Hæreſim numquam incidit. Faciunt pro aſſertionis probatione plura, quę diximus pro aſſertione præcedenti, & præſertim teſtimonia Agathonis, & Martini ſummorum Pontificum, S. Maximi M. & Anaſt. Biblioth. quæ ſi Honorium à deteſtabil

con-

conniuentia liberant, à fortiori ab hæreſi excuſant. Examinari nihilominùs debent hìc Honorij epiſtolæ ex quibus nonnulli ex Catholicis occaſionem capiunt Honorium inter Hæreticos connumerandi, licèt aſſerant ipſum in dictis epiſtolis locutum ex Cathedra non fuiſſe.

Prima igitur phraſis quæ in Honorianis epiſtolis fauere Monothelitis videtur, eſt illa, qua Honorius confitetur *Dominum Ieſum Chriſtum Mediatorem Dei & Hominum operatum Diuina media humanitate Verbo Dei naturaliter vnita.* Monothelitas enim ex ratione inſtrumenti vnicam in Chriſto intuliſſe operationem vidimus in eorum ratione quarta. Sed ſi inſpiciantur reſponſiones, quas ei dedimus, ceſſabit quælibet erroris ſuſpicio in Honorio. Chriſtum enim Dominum verè operatum fuiſſe Diuina media Humanitate, & in aliquo ſenſu vnicam fuiſſe operationẽ Huma-

nitatis & Diuinitatis ex D. Thoma oſtendimus. At Monothelitæ non ſunt in expoſito ſenſu locuti, ſèd ità vnicam dicebant operationem Christi D. vt omninò operationem humanam excluderent, ex dualitate enim operationum ſequi aiebant in Chriſto dualitatem Perſonarum, quod ab Honorio non docetur.

Secunda phraſis, ad quam veluti ad petram ſcandali offendunt aduerſarij, eſt illa, qua Honorius vnam in Chriſto ſupponere operationem videtur: *Vndè & vnam voluntatem fatemur D.N* I.C. Ad hoc reſpondēt primò non pauci Honorium *non vnam* ſed *nouam* dixiſſe, & Hæreticos *nouam in vnam* mutaſſe, vt tantum Pontificem propriæ Doctrinæ Fautorem oſtenderent, modo quo nos diximus in reſp. ad 1. Hęret ipſos in S. Dioniſij textu *nouam* in *vnam* quoque mutaſſe. Et pro reſponſione tres affert coniecturas Tamagninus

ſcrut.

ſcrut.5. §. 8. quas impugnare nititur Natalis Alex. diſſ.2. ſæc.7. fol.331. & ſeq. Pater verò Marcheſius diſſ.1.cap. 3. fol. 12.licèt reſponſionem hanc ingenioſam cenſeat, addit tamèn falſitatis eſſe ſuſpectam, quia in codice quem vidit S. Maximus Honorio coæqualis ætate, *vna* non *noua* legebatur voluntas: *Honorium non diffiteri*, ait Max. *voluntatum dualitatē in ep. quam ſcripſit ad Sergium, eo quòd vnam dixerit voluntatem, ſed hanc potiùs confiteri & hanc fortaſſis conſtabilire.*

Quòd ſi contra P. Marcheſium obijciantur cum Tamagnino verba S.Maximi in eadem ep.ad Marin.in coll. Anaſt.pag.33. *Inſuper percontans eum, qui hanc Epiſtolam per iuſſionem Honorij latinis dictauerat dictionibus, Dominum videlicèt Abb.Ioannem Sanctiſs. Symponum affirmantem, quòd nullo modo mentionem in ea per numerum fecerit vnius omnimodæ voluntatis: licèt hoc nunc ſit fictū ab his, qui han*

Gracam vocem interpretati ſunt. Reſpondebit Marcheſius tò *ſi-ctum ab his, qui hanc Gracam vocem interpretati ſunt*, æquè verificari ſi vox dicta à *Gracis falsò fuerit huic epiſt. inſerta*, ac ſi fuerit *perperam ab ipſis interpretatum vocabulum, quo vſus fuerat ad exprimendam vniformitatem, quam humana Christi voluntas habebat cum Diuina*.

Demus ergò Honorium *vnam* ſcripſiſſe voluntatem non *nouam*, quid inde? Vnam ſiquidèm ſcripſit non entitatiuè ſed vnitate, pro vniformitate, accepta; Nec eſt nouũ in Script. & P.P. *vnam* in hoc ſenſu dici voluntatem Dei & SS. vndè à fortiori id dici poteſt de Chriſto: Nonne inquit Apoſtolus: *Qui adhæret Deo vnus Spiritus eſt*? Nonnè legimus in Actis Apoſt. quòd Credentium erat Anima vna, & Cor vnum? Nonnè per omnium ora profertur vulgare proloquium, Amicus eſt alter ego? Quid mirum igitur

Ho-

Ho norium vnam Chriſti Domini voluntatem ſcripſiſſe ſumpta vnitate, pro omnimoda conformitate quam in Chriſto habuit voluntas humana, voluntati Diuinæ? Dices: Vnde hoc colligis? Colligo ex S. Maximo, qui, Honorium per ly *vnam*, dualitatem operationum in Chriſto confiteri aſſerit. Colligo ex contextu ipſiuſmet epiſt. & præſertim ex rationibus pro ſua propoſit. ab Honorio adductis: *Quia*, ait Honorius, *à Diuinitate aſſumpta eſt noſtri natura non culpa, illa profectò, quæ ante peccatum creata eſt, non quæ per prauaricationem vitiata*. Admittit igitur Honorius in Chriſto operationes duas entitatiuè. Illationem probo: Admittit Honorius culpa præciſa totam noſtram naturam aſſumptam fuiſſe, ergo admittit noſtram fuiſſe aſſumptam voluntatem. Admittit aſſumptam fuiſſe naturam, quæ ante peccatum creata eſt, & negat aſſmptam

ne ius, qui Acta tuetur incorrupta in ſuo Diurno Rom. Pont. pag. 48. in Notis ad profeſſionem tertiam Pontificis fatetur, Agathonis Epiſtolam ſecundam ad Imperatorem Conſtantinum quam habemus, fuiſſe à Græcis adulteratam in verſione delendo proceſſionem Patris etiam ex Filio. Noui tempore Anaſtaſij Bibliothecarij huiuſmodi Epiſtolam Leonis non fuiſſe; aliter non auſus fuiſſet vir literatus docere, quod de Synodo ſexta docuit. Noui poſt Leonem II. factas verſiones Synodi Sextæ. Quorſum, ſi totam Synodum Leo vertiſſet? Puto eum vertiſſe, ſed quæ vitiata fuerant non vertiſſe, alios poſteriores id egiſſe. Puto, eum confirmaſſe illa Acta

non

Digitized by Google

non ea ratione qua legimus in Epiſtola, ſed tali pacto vt veritatem docentibus non officeret, & tumultus non excitaret. Id de Martino V. noſtris ſæculis contigiſſe nimis apertè vidimus. Ità enim Conſtantienſem Synodum confirmauit, vt quædam reſeruatio ſatis appareat. Idem dicendum de Leone II. confirmante Acta Concilij Sexti Generalis per Epiſtolam, in qua debuit eſſe aliqua reſeruatio, & quam poſtmodùm Græci adulterarunt: & ideò mirum non eſt, quòd ea Romæ non extarit, dùm viueret Anaſtaſius, potiùs alia in Archiuis, quæ ſucceſſu temporum incurſione Barbarorum, vel alia ratione flammis abſumpta ſit.

22. *Hæc mea mens eſt,*

hæc illa via, quam à me tibi exponi poſtulabas, & quam profeſſus ſum non oſtenſione uti, ſed coniecturis, & ea ratione me adduci: quòd in hæreſim lapſum Honorium fuiſſe nullatenùs credam, cum id euincant promiſſio Chriſti, & Romani Pontificis priuilegium loquentis ex Cathedra, & Agathonis Epiſtola admiſſa à Concilio tamquam veritati in omnibus conſentanea: quòd ob ſilentium fuiſſe damnatum, ſit apud me monſtrum, cum id ex Concilio probari nequeat; & concedere damnatum Pontificem, ſed non ob hæreſim, ſit Papam ſubijcere Concilio, à quo aures Romanæ abhorrent: quòd ſi Acta ſincera dicerentur, alterum ex reiectis eſt affirmandum: nam dicere qui me-

medium, nempè in facto erraſſe Patres, eſt eos de ignorantia, & imprudentia accuſare, Legatos verò Romanos mutos in ſua cauſa, qui loquaces fuerant in aliena. Corruptio itaque admittenda eſt, & quidem in fontibus, id enim ſuadent, quæ attuli. Si in fontibus, alia via deprauationis intelligenda mihi non eſt adeò probabilis, quàm quæ propoſita modò eſt, hæc enim omnia conciliat. Id iam vnicè quærimus, non quomodò probetur, ſed quomodo ſcopulos effugiamus liberiùs. Sic magnam ædificij molem non euertimus ex Concilio Generali; ſed lapidem identidem interiectum, & non adeò cohærentem. Sic ex nobiliſſimo corpore ad eius integritatem reſtituendam non

 mem-

membra præcidimus, ſed mẽbrorum quaſdam minimas particulas totius corporis ſpiritu, vt videtur, non animatas.

23. *Sed præterea multa produxi, quæ aliquam faciant Fidem; æmulationem Romæ Veteris, & Nouæ in hac cauſa, Nouæ Clericos exarxiſſe in exaltationem Monothelitica hæreſeos, & coniunctos Antiocheno Patriarchæ damnato, & præſenti, petÿſſe ad ſuæ Sedis C. P. decus reticeri nomina quatuor ſuorum Patriarcharum. Vndè intuli non mirum, quòd Clerici ad minuendum victricis Romæ gloriam auſi fuerint patrare nefas, quod ipſis illis temporibus audebant etiam vbi publica Fides requirebatur. Ex epi-*

ta-

taphijs quoquè Honorij Papæ illuſtribus, & ſanam eius doctrinam vſque ad vitæ metam teſtantibus intuli, Romanam Sedem numquam admiſiſſe ſinceram fuiſſe Honorij damnati mentionem tamquam verè factam à Synodo. Id enim fuiſſet Fidem maculare; quam apud ſe intemeratam ſemper cuſtodiri faſſi ſunt Romani Pontifices.

24. *At nimis prolixus tibi videbor breuis tamen mihi videor fuiſſe pro tantæ rei dignitate; neque potui tibi cupienti ſcire quid ſentiam, non quomodò fulciam meam ſententiam, ieiunè pronuntiare quod ab alio ieiunè propoſitum non admiſiſſem. Hæc doctis viris debetur reuerentia, quòd nudus, & planè incomptus*

ſermo coram ipſis non producatur, ſed aliqua ſaltem probabili ratione veſtitus. Fortaſſis alij prætioſioribus veſtibus hanc ſententiam tenuitèr à me expoſitam exornabunt, & ad eiuſdem fundamenta firmiùs iacienda exiguis ingenioli mei lapidibus ſuos prægrandes adiungent, quodque à me ſubobſcurè dictum eſt, eorum luce coruſcabit.

Ex Colleg. Vrbano de Prop. Fide vi. Kal. Decē. CIↃIↃCLXXXVI.

PROPOSITIO SECVNDA.

HOnorius Papa in Hæreſim numquam incidit. Faciunt pro aſſertionis probatione plura, quę diximus pro aſſertione præcedenti, & præſertim teſtimonia Agathonis, & Martini ſummorum Pontificum, S. Maximi M. & Anaſt. Biblioth. quæ ſi Honorium à deteſtabil

con-

conniuentia liberant, à fortiori ab hæreſi excuſant. Examinari nihilominùs debent hìc Honorij epiſtolæ ex quibus nonnulli ex Catholicis occaſionem capiunt Honorium inter Hæreticos connumerandi, licèt aſſerant ipſum in dictis epiſtolis locutum ex Cathedra non fuiſſe.

Prima igitur phraſis quæ in Honorianis epiſtolis fauere Monothelitis videtur, eſt illa, qua Honorius confitetur *Dominum Ieſum Chriſtum Mediatorem Dei & Hominum operatum Diuina media humanitate Verbo Dei naturaliter vnita*. Monothelitas enim ex ratione inſtrumenti vnicam in Chriſto intuliſſe operationem vidimus in eorum ratione quarta. Sed ſi inſpiciantur reſponſiones, quas ei dedimus, ceſſabit quælibet erroris ſuſpicio in Honorio. Chriſtum enim Dominum verè operatum fuiſſe Diuina media Humanitate, & in aliquo ſenſu vnicam fuiſſe operationẽ Huma-

nitatis & Diuinitatis ex D. Thoma oſtendimus. At Monothelitæ non ſunt in expoſito ſenſu locuti, ſèd ità vnicam dicebant operationem Chriſti D. vt omninò operationem humanam excluderent, ex dualitate enim operationum ſequi aiebant in Chriſto dualitatem Perſonarum, quod ab Honorio non docetur.

Secunda phraſis, ad quam veluti ad petram ſcandali offendunt aduerſarij, eſt illa, qua Honorius vnam in Chriſto ſupponere operationem videtur: *Vndè & vnam voluntatem fatemur D.N* I.C. Ad hoc reſpondet primò non pauci Honorium *non vnam* ſed *nouam* dixiſſe, & Hæreticos *nouam in vnam* mutaſſe, vt tantum Pontificem propriæ Doctrinæ Fautorem oſtenderent, modo quo nos diximus in reſp. ad 1. Hęret. ipſos in S. Dioniſij textu *nouam* in *vnam* quoque mutaſſe. Et pro reſponſione tres affert coniecturas Tamagninus ſcrut.

ſcrut.5. §. 8. quas impugnare nititur Natalis Alex. diſſ.2. ſæc.7. fol.331. & ſeq. Pater verò Marcheſius diſſ.1.cap. 3. fol. 12.licèt reſponſionem hanc ingenioſam cenſeat, addit tamèn falſitatis eſſe ſuſpectam, quia in codice quem vidit S. Maximus Honorio coæqualis ætate, *vna* non *noua* legebatur voluntas: *Honorium non diffiteri*, ait Max. *voluntatum dualitatẽ in ep. quam ſcripſit ad Sergium, eo quòd vnam dixerit voluntatem, ſed hanc potiùs confiteri & hanc fortaſſis conſtabilire.*

Quòd ſi contra P. Marcheſium obijciantur cum Tamagnino verba S.Maximi in eadem ep.ad Marin.in coll. Anaſt.pag.33. *Inſuper percontans eum, qui hanc Epiſtolam per iuſſionem Honorij latinis dictauerat dictionibus, Dominum vide. licèt Abb.Ioannem Sanctiſs. Symponum affirmantem, quòd nullo modo mentionem in ea per numerum fecerit vnius omnimodæ voluntatis: licèt hoc nunc ſit fictũ ab his, qui han*

Græcam vocem interpretati ſunt. Reſpondebit Marcheſius τὸ *fi-ctum ab his, qui hanc Græcam vocem interpretati ſunt*, æquè verificari ſi vox dicta à *Græcis falsò fuerit huic epiſt. inſerta*, ac ſi fuerit *perperam ab ipſis interpretatum vocabulum, quo vſus fuerat ad exprimendam vniformitatem, quam humana Chriſti voluntas habebat cum Diuina*.

Demus ergò Honorium *vnam* ſcripſiſſe voluntatem non *nouam*, quid inde? Vnam ſiquidèm ſcripſit non entitatiuè ſed vnitate, pro vniformitate, accepta; Nec eſt nouū in Script. & P.P. *vnam* in hoc ſenſu dici voluntatem Dei & SS. vndè à fortiori id dici poteſt de Chriſto: Nonne inquit Apoſtolus: *Qui adhæret Deo vnus Spiritus eſt*? Nonnè legimus in Actis Apoſt. quòd Credentium erat Anima vna, & Cor vnum? Nonnè per omnium ora profertur vulgare proloquium, Amicus eſt alter ego? Quid mirum igitur

Ho-

Ho norium vnam Chriſti Domini voluntatem ſcripſiſſe ſumpta vnitate, pro omnimoda conformitate quam in Chriſto habuit voluntas humana, voluntati Diuinæ? Dices: Vnde hoc colligis? Colligo ex S. Maximo, qui, Honorium per ly *vnam*, dualitatem operationum in Chriſto confiteri aſſerit. Colligo ex contextu ipſiuſmet epiſt. & præſertim ex rationibus pro ſua propoſit. ab Honorio adductis: *Quia*, ait Honorius, *à Diuinitate aſſumpta eſt noſtri natura non culpa, illa profectò, quæ ante peccatum creata eſt, non quæ per præuaricationem vitiata*. Admittit igitur Honorius in Chriſto operationes duas entitatiuè. Illationem probo: Admittit Honorius culpa præciſa totam noſtram naturam aſſumptam fuiſſe, ergo admittit noſtram fuiſſe aſſumptam voluntatem. Admittit aſſumptam fuiſſe naturam, quæ ante peccatum creata eſt, & negat aſſmptam

fuiſſe illam, quæ per peccatum fuit vitiata, at numquid noſtra natura ante peccatum non erat libera, & operans? Non eſſe autèm inconueniens Pontificem diffusè adeò de humana voluntate Diuinæ non repugnante pertractaſſe, optimè notat Marcheſius cit. ex eo patere, *quòd Sergius in ſua epiſtola hanc maximè contradictionem vrgeret, quam, ſi duæ in Chriſto voluntates diſtinctæ, inferri poſſe aſſerebat, dicens: Inſupèr & conſequens ei ſint predicare duas voluntates contrarietatem circa inuicem habentes.*

Id ipſum inſupèr colligo, Honorium, ſcilicèt, duas agnouiſſe operationes in Chriſto, ex eo, quod habet in ſuis epiſtolis: *Diuinam naturam in Chriſto operatam eſſe, quæ* Dei *ſunt, & humanam, quæ carnis ſunt*: Et inſupèr: *Oportet ipſas duas naturas id eſt* Diuinitatis *& Carnis aſſumpta in vna Perſona Vnigeniti* Dei *Patris inconfusè, indiuisè atque inconuetir-*

bili-

biliter nobiſcum prædicare propria operantes. Et denuò: *Naturarum in Christo differentias integras confitentes, vnus atque idem humilis ac ſublimis.* Quæ verba, cum clariſſimè admittant in Christo operationum dualitatem, inſeruire nobis debent pro legitima explicatione reliquorum, quæ ambigua prima facie videntur & dubia. Aliter niſi nobis ex contextu liceret Patrum explicare ſententias, ſed ipſas vt ſonant accipere, & in ſenſu, quo ipſis abutuntur hęretici, Hęreticum proculdubio aſſerere deberemus Auguſtinum, qui vt ait Angelicus *libertatem arbitrij contra Manichæos defendens, aliqua protulit, quæ in ſui defenſionem erroris aſſumpſerunt Pelagiani Diuinæ Gratiæ aduerſantes.* Hæreticum Cyrillum qui *vnam* dixit *naturam Dei Verbi Incarnatam*, Hæreticos Patres omnes, quibus per ſæpe verba Hæreticorum fuere communia licèt in diuerſo ab Hæreticis ſenſu. Claudo hanc

aſſer-

Tertia: Trullani Canones nullius authoritatis ſunt ex vi Synodi Quiniſextæ. Dixi, ex vi dictæ Synodi, non enim negari poteſt plures ex Canonibus præfatis laude dignos eſſe, & vt tales paſsim citari à Patribus, & Pontificibus, qui eos citando vel in ipſis authoritatem ſuppoſuerunt vtpotè editis etiam ab alijs Concilijs, & in Quiniſexto ſolummodò confirmatis, vel ipſis auctoritatem dederunt, vt ſimiliter diximus de Canonibus Apoſt. prop.4. contr. Hyer. Conc. vbi contra Gonzalez aſſertionem hanc ſuppoſuimus vt veram, ſemper enim Rom. Eccl. vt aduertit Baron. anno 692. num. 53. hanc conſueuit ſeruare regulam, vt Canones & Decreta, quæ ſciret veritati, & Eccl. Diſciplinæ conformia amplecteretur: *Veritas enim*, vt ait Ambroſ. in ep. 1. ad Cor. c. 22. *à quocumque dicatur à Spiritu Sancto eſt*.

Hoc notato: Aſſertio facillimè

mè prob- tùm ex erroribus, in plutibus ex Trullanis Canonibus contentis, quos in notulis noſtris aduertimus, & ob quos hæc Synodus *Erratica* eſt appellata. Tùm ex renitentia Sergij Rom. Pontif. fortitèr conſtantèrque nolentis ſe ſubſcribere ſancitis in Synodo Quiniſexta: *Compellebatur autem, & ipſe* Sergius *ſe ſubſcribere*, (ſunt verba Anaſt. Biblioth.) *ſed nullatenùs, acquieuit pro eo quòd quædam Capitula extra ritum Eccleſiaſticum fuerant in eo adnexa*. Et infra. *Qui Beatiſs. Pontif. vt dictum eſt, penitùs eidem Iuſtiniano Auguſto non acquieuit, nec eoſdem tomos ſuſcipere, vel lectione pandere paſſus eſt: porrò eos vt inualidos reſpuit, atque abiecit eligens ante mori, quàm nouitatum erroribus conſentire*. Et Venerab. Beda lib. de ſex ætatibus: *Hic* (inquit loquens de Iuſtiniano Iuniore) *Beatæ memoriæ* Pontificem *Sergium, quia Erratica ſua* Synodo, *quam* Conſtantinopoli *fecerat, faue-*

re,

Digitized by Google

re, & ſubſcribere noluit, miſſo Zaccharia Proteſpatario ſuo, iuſſit Conſtantinopolim deportari, ſed praeuenit militia Rauennæ Vrbis vicinarumque partium, iuſſa Principis nefanda contemnens cum iniurijs, & contumelijs ab Vrbe pepulit. Non adeò conſtans fuit Ioannes VII. poſt alium Ioannem, Sergij Succeſſor quoad poſitiuam reiectionem, & improbationem ſancitorum in Synodo Quiniſexta veritus iras Imperatoris, adhuc tamen firmiter noluit ea probare, vt habet idem Anaſt. apud Bar. cit. num. 45 Accedit his teſtimonium eiuſdem Anaſt. apud eumdem Bar. num. 52. teſtantis ad ſua vſque tempora Canones dictos nec ab aliqua trium Sedium Patriarchalium Orientalium fuiſſe receptos: *Sed nec in cæterarum Patriarchalium Sedium licèt Græca lingua vtantur, reperiuntur archiuis. Nimirum, quia nulla earum cum ederentur aut promulgans aut conſentiens, aut ſaltem præſens inuenta eſt.* Obij-

Obijcere poſſet aliquis primò Canones Trullanos editos fuiſſe conſentientibus Apoſtolicæ Sedis Legatis, adeoque non eſſe cur recipi non debeant. Reſp. 1. Legatorum conſenſum, & approbationem nullius eſſe valoris, niſi dictum conſenſum ſubſequatur confirmatio Pontificia, vel præceſſerit Pontificia inſtructio. Reſp. 2. cum Em. Bar. anno 692. num. 12. & ſeq. P. Marcheſio diſſ. 3. cap. 9. in fine, & diſſ. 5. cap. 4. Cabaſutio in Conc. Quiniſex. fol. mihi 296. falſum eſſe ſuppoſitum, nullus enim interfuit Conciliabulo huic, Apoſt. Sedis Legatus, nunquam enim *accidit* (ait benè Baronius,) *vt cum ab aliquo Rom. Pontif. Legatio ad magnam Synodum mitteretur, vnus dumtaxat Legatus ſit miſſus, ſed ſemper ex Romano plures Presbyteri vel Diaconi.*

Scio oppoſitum huius doceri à Chriſtiano Lupo in hanc Synodum quæſt. 4. fol. 1073. & Natali Alex.

Alex. diſſ. 3. de Canonibus Quiniſextæ num. 3. motis quia Baſilius Gortynenſis Archiep. ſe ipſum ſubſcribat cum hoc titulo: *Locum tenens totius Synodi S. E. R.* quod ſi dicamus titulum ſuppoſititium eſſe: *Ego,* ſubdet Lupus, *ducentos, & ampliùs Epiſcopos credere non poſſum fuiſſe adeò effrontes, & auſos Synodaliter mentiri: Eos inter fuere viri probi, docti, ſancti.* Mouentur ſecundò ex verbis Anaſt. Biblioth. qui in vita Sergij Papæ ſcribit: *Huius Pontificis temporibus, Iuſtinianus Imperator Concilium in Regia Vrbe fieri iuſſit, quo & Legati Apoſtolicæ Sedis conuenerant, & decepti ſubſcripſerant.* Sed maioris vis, & efficaciæ eſt ratio Emin. Scriptoris, & ſubſcriptio Baſilij nullius eſt momenti, Græci enim, qui Canones R. E. aduerſos condere non ſunt veriti, quid mirũ, ſi vt ſuis decretis fidem conciliarent titulum indebitum Baſilio tribuerint? Et ſi Natalis eadem diſſ. in fine

num.

num. 5. ſuſpicatur ſubſcriptiones Trullanæ Synodi magna ex parte mendoſas eſſe, ægrè ferens, quòd Tharaſius errauerit, cum dixit quod Patres ijdem, *qui ſubſcripſerunt ſub Conſtantino, ipſi & ſub Iuſtiniano præſenti Chartæ ſubſcripſerunt*. Cur tantam vim facit contra Baronium, dicendo ipſum, & Binnium contendere non adfuiſſe Trullanæ Synodo Legatum Apoſt. Sedis *planè contra Canonum fidem, quibus ſubſcripſit Baſilius &c.*? Si enim per ipſum ſubſcriptiones magna ex parte potuerunt eſſe mendoſæ, cur mendoſa cenſeri nequit Baſilij ſubſcriptio, & titulus? Anaſtaſius verò Legatorum nomine Vicarios, intelligit, qui tunc temporis conſtitui ſolebant in Oriente, non autem Legatos à Pontifice deſtinatos Synodo. Pro qua explicatione facit quòd in ſubſcriptionibus de ſolo Baſilio dicatur: *locum tenens totius Synodi S. R. E.* Anaſtaſius verò ait omnes ſe ſubſcrip-

ſcripſiſſe, non igitur intelligi debet de Legatis locum tenentibus S.R.E. Sed de Vicarijs in Oriente conſtitutis. Quod enim ait Theodorus Balſamo huic Synodo adfuiſſe Rauennatenſem Epiſcopum, vt Legatum Apoſtolicæ Sedis, conuincitur mendacij, ex eo quod habetur in ſubſcriptionibus: *locus Rauennatenſis Epiſcopi*; dicere autem, quod fuerit præſens initio Synodi, & abierit ante eiuſdem exitum, vel ſubſcribere noluerit, vt ſuſpicari videtur Natalis Alex. fundamentum prorsùs non habet. Dato autem quòd verum ſit, certè Anaſtaſius de Rauennatenſi Epiſcopo non loquitur, dicit enim Legatos nedùm interfuiſſe ſed etiam ſe ſubſcripſiſſe. Facit etiam, quòd incredibile videatur Sergium Legatos miſiſſe ad Synodum pro inſtauratione quintæ, & ſextæ Synodi congregandam, potiùs enim S. Pontifex, ſi neceſſitas id expoſtulaſſet, nouam Synodum

dum congregandam ſtatuiſſet, & nullo modo duabus Synodis Oecumenicis præiudicium vllum fieri permiſiſſet. Quod verò ait Lupus credibile non eſſe *ducentos, & ampliùs Epiſcopos* (inter quos fuere *viri probi, & docti*) *fuiſſe adeò effrontes, vt auſos Synodaliter mentiri*: Vanus eſt ſcrupulus, ſi enim dicti omnes Epiſcopi permittere ſunt auſi Iuſtinianum Imper. ſe ſubſcribere ante omnes Patriarchas, immò, & antè locum ſeruatum Rom. Pontif. Patriarcham Hyeroſ. ſe ſubſcribere ante Antiochenum, Canones permultos condere contra ſancita à generalibus Conciliјs, contra Eccleſiæ Romanæ traditiones, contra ipſammet Sacram Scripturam, quomodò adeò incredibile videri poteſt ipſos etiam auſos fuiſſe Synodaliter mentiri? Addo hìc Lupum, ni fallor, non ſibi conſtare, eodem enim fol. in fine quæſt. 3. hæc habet: *Quoniam igitur neque adueni-*

uenire, neque Vicarios Præſides le-gare voluit Sergius, illi regia Iuſtiniani Secundi authoritate fulti fece-re conuentum, quomodo ipſorum olim ſub Iuſtiniano Primo Maiores Pontifice inuito fecerant Synodum quintam. Iam ſi *Vicarios Præſides Legare noluit Sergius,* Quomodo huic Synodo adfuit legatio Apoſtolica? Inſuper ſi Trullana Synodus Sergio inuito fuit congregata, quanam veriſimilitudine credi poteſt Sergium ad ipſam deſtinaſſe Legatos? Noto obiter paritatem quintæ Synodi militare ſolùm quoad Apoſt. Legatos vel Pontificis præſentiam, quæ nec qnintæ, nec Trullanæ interfuere, nam Synodum quintam aliqualiter cõgregatam fuiſſe de Summi Pontificis conſenſu, ſuo loco probauimus. Denique eſt notandum, Lupũm in fine quæſt.4. cit. ſic alloqui: *Ad præſentem itaque Synodum inuitatus Sergius ſuæ Diæceſeos Epiſcopos Synodaliter conſuluit, & ad Prinsi-pem*

pem miſit Legatos qui vice ſua Synodum non facerent, ſed ſuſpenderent ac impedirent. Infero: ſi Legatos miſit Pontifex ad Synodum ſuſpendendam, non ergo adfuit Trullanæ Synodo Legatio Apoſt. Patet illatio, nam Legati vel huic præſentes fuere Synodo ex nouo Sergij ordine, & præcepto, quod non eſt dicendum, cum nullum appareat veſtigium, ex quo erui poſſit aſſumptum: Vel id fecere ex proprio cerebro contra Summi Pontificis inſtructionem, & ſic patet ipſos Legatos dici non ampliùs poſſe, Legati enim non niſi in ordine ad id, ad quod deſtinantur, Legationis munere fungi poſſunt. Potiùs ergò dicendum Trullanæ Synodo Legationem Apoſt. non adfuiſſe.

Excuſari nihilominùs poſset Lupus dicendo quòd quæſt. 3. aſserat Sergium noluiſse Legare *Vicarios Præſides* nomine proprio, quæſt. verò 4. aſserat adfuiſse Trullanæ Synodo Legationem Apoſt.

Apoſt. nomine non proprio, ſed Synodi Occidentalis, vt patet ex verbis, quæ ipſe habet in fine quæſt. 4. *Ne à Græcis ad præſidendum compellerentur, eos non ſuæ Sedis ac Perſonæ Vicarios ac Legatos fecit, ſed ſuæ dumtaxat Synodi Patriarchalis*. Sed adhùc remanet difficultas vltimo loco adducta, hi enim Legati vtpotè miſſi ad Synodum ſuſpendendam, in Synodo contra voluntatem Pontificis congregata munus Legationis exercere non poterant, et rationes ſuperiùs adductæ inueriſimile reddunt etiam Sergium nomine Occidẽtalis Synodi Legatos miſiſſe ad Synodum, præſertim cum Anaſtaſius legitimè intelligi poſſit de Vicarijs in Occidente conſtitutis, & ſubſcriptio Baſilij parui ſit momenti ad oppoſitum tuendum, vt liquet ex dictis.

Manet pro complemento Synodi huius aliqua cõtrouerſia decidenda circa tempus quo fuit

celebrata Trullana Synodus, & circa Præſidẽ eiuſdem. Baronius enim contendit celebratam fuiſſe anno Chriſti 692. Sergij P. 5. Iuſtiniani Iunioris 8. adeoque eius Præſidem fuiſſe Callinicum, id optimè colligens ex Canone 3. quo celebrata indicatur ſtatim poſt quartam indictionem. Baronium ſequuntur Cabbaſſutius fol. cit. Lupus quæſt. 1. in fine, & quæſt. 5. & alij non pauci, contra quos more ſolito ſtat Natalis Alex. in hiſt. Eccl. ſæc. 7. diſſ. 3. num. 5. putans mendum in Canonem 3. irrepſiſſe vitiato indictionum numero, loco enim indict. 14. detracto denario, manſit indict. 4. Mouetur, tùm quia non Callinicus, ſed Paulus inuenitur ſubſcriptus, qui decem annis poſt Synodum ſextam ſuperſtes non erat. *Et certè*, ſubdens, *faciliùs fuit numerum vnum in aliũ mutari, quam nomen vnius Epiſcopi in nomen alterius, Callinicum in Paulum*. Tùm quia Tharaſius

Pa-

Patriarcha in 7. Synodo act. 4. id apertè docet: *Ergo poſt quatuor vel quinque annos ijdem ipſi Patres conuenientes ſub Iuſtiniano filio Conſtantini præſignatos Canones expoſuerunt, & nemo dubitat de illis. illi enim qui ſubſcripſerunt ſub Conſtantino, ipſi & ſub Iuſtiniano præſenti chartæ ſubſcripſerunt. Ita vt hoc manifeſtum ſit ex eorum propriæ manus ſcripturæ immutabili ſimilitudine.* Quoniã verò eoſdẽ Epiſcopos non exhibent ſubſcriptiones Sextæ, & Trullanę Synodi, dicendum, vel *quòd magna ex parte mendoſæ ſunt, vel Tharaſius errauit, quod ægrè crediderim, cum ab illa Synodo non multùm diſtaret, eiuſq; Canones, & quæ de ea in ſuæ Eccleſiæ monumentis habebantur, ipſum legiſſe veriſimile ſit.* Sic Natalis citatus:

Contra quem valet etiam hìc argumentum ſupra factũ, faciliùs enim credi debet mutatus *Callinicus in Paulum* quam ſubſcriptiones magna ex parte mendoſas eſ-

ſe: Præſertim quia cũ Græci con-tenderent verè eoſdem Patres fuiſſe in Sexta, et Trullana Synodo, dicente Anaſt. Biblioth. in præf 7. Syn. ad Ioannem 8. P. *Eoſdem Patres regulas illas Græci promulgaſſe perhibent, qui in ſexta Synodo ſunt inuenti*, quo fundamento poſſumus ſuſpicari ipſos mutaſſe Epiſcoporum Sextæ Synodi nomina in alios? Inſupèr ſi Tharaſio eſt adhibenda fides dicenti, id manifeſtum eſſe ex *eorum propriæ manus ſcripturæ immutabili ſimilitudine*, quodnam argumentum cernere potuit, & efficacius poſſet excogitari in fauorem dictæ aſſertionis? & tamen Anaſt. poſt dicta verba ſubdit: *Sed hoc nullis probare poſſunt certis indicijs*. Et in præf. 8. Syn. Idem apertè docet Trullanam inter, & Sextam Synodum multum temporis interceſſiſſe: *Cum ſexta Synodus nullam protulerit Fidei regulam, ſed quas eius aſſeuerant regulas longe poſt Sextam Synodum apud ipſos conſtat* (notanda

da eſt hęc particula) *penes ſe priuatimque depromptas*. Signum euidens Anaſtaſium Tharaſij verba, quæ certè vidit, nullo modo curaſſe, immò æſtimaſſe, quòd Tharaſius errauerit, provt nos cenſemus, & erroris occaſio eſſe potuit quòd Tharaſius facilè ſit locutus ex ijs, quæ à Græcis accepit, non quę oculis proprijs vidit.

Ad id etiam quod dicit Natalis faciliùs fuiſſe *numerum vnum in alium mutari, quam nomen vnius Epiſcopi, in nomen alterius*, Callinicũ *in Paulum*, eodem modo occurrimus, numerus enim in Can. 3. non ſemel ſed bis, reperitur, & nulla eſt ratio mutationis ipſius. Adeſt verò pro mutatione Callinici in Paulum, vt notat Lupus quæſt. 5. fol. 1074. his verbis: *Eius*, (Callinici,) *& viri infamis nomen exiſtimem eraſum à poſterioribus Synodi* Patro*nis, ac intruſum nomen Pauli*; quod ſubdit fuiſſe facile, Trulla-

næ enim Synodi Canones tempore Anaſt. Bibl. vt ipſe Anaſt. fatetur non dum erant indita archiuis Sedium Patriarchalium, nec translata in linguam latinam. Et hæc de Sexta Synodo dicta ſufficiant.

LOCA LIBRORVM
In quibus tractatur de diſcuſsis in hoc Concilio.

ATHan. contra Apoll. de Trin. & Incarn. & lib. 3. aduerſùs Arianos Leo 3. Ep. ad Conſt. Imp. Baron. eiuſque epitom. ad annum 682. & 692. Chriſtianus Lupus tom. 2. ſchol. ad 6. Syn. & ad Can. Trullanos Cabbaſutius not. eccl. 7. ſæculi à fol. mihi 292. vſque ad 299. Franciſcus Turr. opuſc. de 6. Syn. Balſamon in ſchol. ipſius Syn. Beyerlinch in theatro tom. 2. verbo *Concilium*. Dartis in diſt. 15 Baſilius Poncius app. de matr. cap.

Digitized by Google

cap. 1. Gonzalez in lib. 1. Decret. tit. 14. cap. 9. fol. 490. Natalis Alex. hiſt. ſec. 7. Binnius, Boyuinus, Coriolanus, Bailus, alijque agentes de Sexta, & Quini-ſexta Synodo. Albertus Pighius diatriba de ſexta Syn. & lib. 4. Hier. Bellarminus tom. 1. lib. 4. de Rom. Pontif. c. 11. P. Franciſcus Marcheſius tomo integro cuius titulus *Clypeus fortium*. Tamagninus tomo etiam integro de hiſt. Monothel. Emmanuel à Schelſtrate in ſua Eccl. Afr. diſſ. 4. cap. 6. fol. 313. Dominicus à SS. Trinitate tom. 3. Bibl. Theol. lib. 3. ſect. 4. cap. 17. Franciſcus Macedo ſchola 7. Theol. poſit. cap. 4. ſect. 2. Petrus de Marca lib. 3. de concord. Sac., & Imp. cap. 3. Emin. Brancatus tom. 3. in 3. lib. ſent. diſp. 8. art. 5. §. 8. Author. de libert. Eccl. Gallicanæ lib. 7. c. 16. Eminen. Ioſeph. Aguirre pluribus in locis ſui operis pro Rom. Pont. P. Libellus Dominicanus in ſuo libello de Concil. alijque non pauci.

Digitized by Google

CONCILIVM NICAENVM

SECVNDVM.

Celebratum Anno Chriſti 787.

Præſidente Hadriano I. Pontifice Summo per Legatos ſuos Petrum Archi-Presbyterum Eccleſiæ S. Petri, & Petrum Abbatem S. Sabæ.

Tempore Conſtantini IV. Imperatoris, ac Irenis eius Matris.

Pro defenſione cultus SS. Imaginum contra Iconomachos.

Conuenientibus Epiſcopis 367.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIA ICONOCLASTARVM,

Nec non & Nicæni Secundi Generalis Concilij Hiſtoriæ Notitia.

ICononoclaſtarum hęreſis in cauſa fuit celebrationis ſeptimi generalis Concilij, Nicæni ſecundi, in tanto apud Græcos pretio habiti, vt de ipſo feſtum agant, eo, quo abſolutum eſt die, vnde in ipſorum Menologio die 12. Menſis Octobris legitur: *Sanctæ ſeptimæ Synodi 367. Patrum Commemoratio*. Primus Imperatorum, qui Imaginibus Sacris bellum indixit, Hæreſeos veneno à Conſtantino Nacoliæ in Phrygia Epiſcopo, accepto, fuit impijſſimus Leo Iſaurus, qui Imperij ſui anno nono, iuxta Theoph. & Cedrenum, decimo, iuxta Stephanum iuniorem, Zonaram & Bedam, ſacrilegum tulit

tulit de Imaginibus abolendis Edictũ, ob quod cum ingens excitaretur in plebe tumultus, verſipellis Princeps: *Non hùc*, inquit, *ſpectat mea ſententia, vt eæ prorſùs deleantur; ſed hoc aio, ſublimiore loco eas locandas eſſe, ne ore quiſquam ea contingat, atque ita quodammodò, rebus honore dignis, contumeliam inferat*. Leoni conſtantiſſimè ſe oppoſuit S. Germanus Patriarcha Conſtant. nil intentatum relinquens, vt ipſum ab adeò execrabili dimoueret impietate. Sed fruſtra! Leo enim ex medicina venenum ſugens, duodecim Imperialis Collegij Profeſſores, tantæ ſapientię, & probitatis viros, vt ne ipſi quidem Imperatores, noui quicquã & inuſitati illis conſultis agere auderent; in hæreſim ſuam pertrahere minimè valens, flammis tradidit, immiſſo in Collegium igne, in quo à Conſtantino Magno illucuſque inſignis tricenorum trium milium voluminum

aſſer-

aſſeruabatur Bibliotheca. Illuſtrem dein D. N. I. C. Imaginem, ex eminenti ad æneam Vrbis portã, in quo diù ſteterat loco, deijci iuſſit, quare mulieres quædã diuino zelo incenſę impium Satellitem nefandum Imperatoris Edictum executioni mandantem præcipitem egerunt è ſcala, quò factum eſt, vt gladio necatæ Martyrij promeruerint palmam.

Impijſſimo Principi, vt tetigi ſtrenuè ſe oppoſuit S. Germanus Patr. Conſt. Gregorium II. Papam certiorẽ faciens de perſecutione fidelibus illata, varias dogmaticas literas ad diuerſos dirigens; Nacoliæ Epiſc. ab Iconomachorum errore reuocans, cum ipſomet Leone nõ ſemel congrediens, ipſum inuicta animi fortitudine, obiurgans, impioque eius Edicto de abolendis vbique Imaginibus ſe ſubſcribere fortiter reſpuens. Quare ira exæſtuans Imper. S. Patriarcham inflicta priùs ei alapa è Regia exturbauit, & è Patriar-

chico eiecit Solio, nec Sanctiſſimi Antiſtitis ſpontè Patriarchatus deponentis inſignia, priuatis aureis illis verbis: *Si ego ſum Ionas, proÿcite me in mare &c.* & Platanium in domum ſuam, priuatam acturi vitam, ſecedentis, humilitate permotus, ipſum è domo ſua in Monaſterium longè diſſitum, deportari mandauit, vbi nonagenarius ex hac vita migrauit, an tamen Principis iuſſu ſtrangulatus? lis eſt ſub Iudice.

Egregiè etiam contra naſcentem hęreſim ſe geſſit S. Ioannes Damaſcenus Orthodoxā Fidem propugnans, miſſis in Imperij Prouincias epiſtolis, & orationibus admirabili eruditione, & pietate plenis pro SS. Imaginum cultu. Quod cum ad Leonis aures perueniſset, Ioannem apud Principem Damaſci accuſauit proditionis, quòd ſibi Ciuitatem Damaſcenam vendere voluiſset, confictas producens epiſtolas in accuſationis confirmationem,

qui-

quibus inſpectis barbarus ille Princeps abſque alia indagine S. Ioanni manũ dexteram amputari præcepit, quæ tamen eo, quo abſciſsa eſt die illi coram Deiparę Virginis Effigie humillimè orãti, in priſtinum eſt reſtituta.

E Rom. Pont. ſe oppoſuere Leoni Gregorius II. & III. Ille certior effectus de Imperatoris animo adeò Imaginibus Sacris infenſo lapidem omnem mouit pro Orthod. Fidei Dogmate ſtabiliendo. Cum enim ab ipſo expoſceret perfidus Imperator Oecumenici indictionem Concilij, calliditatem eius detegens Pontifex, inutilem eam fore, reſpondit: *Scripſiſti*, inquiens, *vt Concilium vniuerſale cogeretur, & nobis inutilis ea res viſa eſt. Tu Perſecutor es Imaginum, & hoſtis contumelioſus, & euerſor, ceſſa, & nobis hoc largire, vt taceas; tùm mundus pace fruetur, & ſcandala ceſſabunt . . . . . ceſſa, & quieſce; tum Synodo minimè opus erit*. Cum

verò

verò minaretur ſacrilegus Princeps ſe Romam ſatellites miſſurùm, qui Apoſtolorum Principis effigiem confringerent, ſicut olim cum Martino I. ſe geſſerat Cònſtantius, Gregorius hæc reſcripſit: *Scire debes ac pro certo habere, Pontifices, qui pro tempore Romæ extiterint conciliandæ pacis arbitros, & moderatores eſſe: quique ante te fuerunt Imperatores in hoc componendæ pacis certamine deſudarunt. Quod ſi nobis inſolenter inſultes, & minas intentes: non eſt nobis neceſſe tecum incertamen deſcendere; ad quatuor & viginti ſtadia ſecedet in regionem Campaniæ Rom.* Pont. *tum, Tu vade, ventos perſequere*. Ira proindè magis in dies exæſtuans Leo, Legatos à Gregorio Conſtantinopolim directos, vt ferinum eius animum demulcerent, exulari præcepit, dignos ſic illos efficiens, vt glorioſa morte ad Beatæ Confeſſionis præmium euolarent. Quare agnoſcens Pontifex Imperatoris obſti-

obſtinationem, Synodum Romæ coëgit, in qua cum vicinis Epiſcopis Orthodoxum de Imaginibus Sacris Dogma firmauit, Iconomachorum hæreſim damnans, Leonem Imper. Anaſtaſiū Conſt. Sedis inuaſorem, ac omnes hæreſeos labe conſperſos anathemate confodiens; Populumque Romanum totamque Italiam ab Imperatoris abſoluens obedientia, vt prop 2. contr. probabimus.

Gregorio II. in pietate, animique fortitudine non minus, quàm in nomine & dignitate, ſucceſſit Gregorius III., qui ſtatim de extirpanda hæreſi cogitans plures ad Leonem miſit Legationes, prima vice Gregoriū Presbyterum ad ipſum dirigens, quem, poſt reditum Sacerdotali Dignitate priuaſſet, niſi in ipſius fauorē Italiæ Epiſcopi interceſſiſſent, ipſeque paratum ſe exhibuiſſet ad nouam Legationem fortiter obeundam, eo quòd in prima, Imperatoris minis perterrefa-

refactus, ipſi comminatorias Papæ epiſtolas auſus nõ fuerat reſtituere. Dein verò cum Leo de Gregorij prædicti reditu Conſtantinopolim, certior effectus, ipſum in Sicilia detineri iuſſiſset, cumque Pontifex coacta Romæ Synodo 93. Epiſc. omnes Sacrarum Imaginum contemptores anathemate perculiſset, ſecundã ad Imperatorem miſit Legationem; ſed Pontificiæ literæ vi abreptæ fuere ac dilaceratæ, & Coſtantius Legatus, carceri mãcipatus. Tertiã nihilominus deſtinauit Pontifex Legationẽ nomine proprio, & Senatus; ſed Legati, & plurimis affecti probris fuere, & menſiũ octo cõſtricti cuſtodia.

Deus interim, qui non irridetur, vitam, qua variis tormentorum generibus complures Sacrarum Imaginũ Cultores Imperator priuauerat, abſtulit Imperatori. Sed non ob id Petri Nauis in pacis portum peruenit: Imperii namque gubernacula ſuſcepit

ſcepit Conſtantinus Copronymus Leonis filius Patri in impietate non impar. Hic primo Imperii ſui anno ſacrilegum promulgauit Edictum, neminem Seruorum Chriſti, *Sancti*, nomine appellari præcipiens, Sanctorum Reliquias venerari prohibens, ipſam Dei Genitricem *Deiparam* minimè appellandam aſſerens, paremque efficiens mulieribus reliquis, his verbis: *Maria, dum Chriſtũ geſtauit in vtero, in honorem fuit, poſtquã eum peperit nihilò reliquis mulieribus præſtantior eſt.* Impio hoc Edicto promulgato, cũ ipſius executionem extorquere à Populis vi tormentorum meditaretur, perficere id non valuit, ob ingreſſum in Vrbem Artabaſdæ Curopalatæ Imper., qui iam aduerſùs ipſum arma mouerat, & ad præſens vt Imperator Orthodoxus, eſt exceptus & acclamatus Breuiſſima tamen fuit Artabaſdi, fideliumque lætitia, cum enim ab Anaſtaſio Pſeudo-Patriar-

triarcha, quo è Patriarchali Solio eiecto, curare debebat, vt alter Ortodoxus ſublegeretur, ſe coronari permitteret, diuinam indignationem incurrit; coacto enim exercitu, Conſtantinus, Artabaſdo eiuſq; filijs obcęcatis, vnàq; cum Anaſtaſio Aſino impoſito (eo quòd hic publicè aperuiſſet Copronymi mentē de Chriſti Diuinitate abrogāda) ad ludibriū circumductis, abſq; æmulo, potitus eſt Imperiali Diademate.

Aliquos poſt annos, Imperator, qui interim Legatum à Zaccharia tunc Petri Cathedram gubernante ad ſe miſsū, benignè exceperat, & non ſine aliqua ſpe emendationis remiſerat, bello contra Saracenos proſperè abſoluto, ſimulationis tegumento ſe exuens, in S. S. Imag. Cultores, qua ſæuierit ira & furore, ex ſelectis hiſce, quæ breuitati ſtudens, ſubnectam, flagitijs conijci poterit. Conciliabulum inprimis Conſtatinopoli celebrauit

uit in Deiparæ Virginis Templo, in quo nullo præſente, nec inuitato Catholico Patriarcha abraſis pænitus D. N. I. C. Imaginibus, arborumque ac animaliũ figuris ipſarum loco ſuffectis, conſcendit ambonem Copronymus & loco nefarij Anaſtaſij iam mortui, quem inſignitèr, vt vidimus, ignominia affectum, in Conſtant. Thronũ reſtituiſſe plerique Græci teſtantur; Conſtantinum Monachum vaferrimæ nequitiæ virum, ex Sylci Epiſc. Patriar. Conſt. pronunciauit, dicens: *Conſtantino Oecumenico Patriarchæ multi anni*. Omnem dein S. Imaginibus cultum diremit, ipſarumq; Cultores anathemati ſubiecit, Idolatras appellans, SS. Martyrum Reliquias varijs nefandis modis perdidit, cunctiſq; ſolemni iuramento, ad ſtrictis numquam ſe diuinas Imagines adoraturos, ſed vt Idola habituros, nefandã Pſeudo-Synodũ hoc decorauit titulo: *Definitio*

San-

Sanctæ, Magnæ ac Vniuerſalis ſe;ptimæ Synodi.

Pſeudo Synodo abſoluta, incredibile dictu eſt, qua feritate in Imaginum Sacrarum Cultores ſæuierint Conſtantinus Pſeudo Patr., & Copronymus. Ille enim Copronymi ſatellitio ſtipatus, per forum, per Eccleſias, per Monaſteria, per priuatas ædes concurſat, Imagines quotquot ſupererant, diripit, illas retinentibus, verberibus cęſis, & carceri mancipatis. Copronymus verò Senatores non nullos, viroſque clariſſimos ob Imaginum Sacrarum cultum in medio foro verberari iuſſit ad necem, Stephanum iuniorem Eremitarum Ducem, qui plures annos in monte S. Auxentij in Bythinia clauſus peregerat, toto corpore dilaceratum neci tradidit, eiuſq; corpus deijci mandauit *in Pelagiũ*, hoc eſt in profundam foueam damnatorum capitis ſepulturæ deſtinatam, ſic di-

ctam,

Digitized by Google

ctam, ob Baſilicam S. Pelagiæ eo in loco conſtructā, quam ipſemet Copronymus fuerat demolitus. S. Andreā Calybitē interemit diris afficiens ſupplicijs. Monachos, & Sanctimoniales raptari præcepit, & poſt diros cruciatus trucidari. Monaſteria milites inter diſtribuit, vt omnis Inſtituti Monaſtici memoria prorſus aboleretur. Qui verò ſupererant Monachi, pallio & cucullo depoſitis inceſta coacti ſunt inire connubia & ſordidis artibus vitam ſuſtentare, Monaſteriorum prædijs, & facultatibus Fiſco addictis.

Sic ſæuierat in Sanctos, & Amicos Dei vterque Conſtantinus, donec alter poſt alterum diuinam expertus eſt vltionem. Conſtatinus namq; Pſeudo Patr. ſocius effectus Prædeceſſoris ſui Anaſtaſij publicans Copronymi arcanum de Chriſti Diuinitate abroganda, eidem & in pæna ſucceſſit iuſſus publice flagellari, & poſtea iugulari. Copronymus verò dum in Bulgaros exercitū duce-

duceret ardenti febre correptus eſt, pedeſque illi intumuere carbunculis, ab vrendi proprietate, ſic dictis, quorum ingenti ardore ſuccenſus, ſe inextinguibili igne cruciari agnoſcens ob violatum Deiparæ nomen, factique pœnitens, licèt non ad ſalutem, illam honorari mandans miſerrimè diſceſſit è vita.

Copronymo ſucceſſit Leo eius filius, ſub quo, initio Imperij ſui, ſe Catholicũ ſimulante, non nihil reſpirauit Eccleſia, donec, vt firmatum vidit Imperij regimen, non minus, quam Prædeceſſores Iconomachũ ſe patefaciẽs Vxorem ſuam Irenem repudiauit, quòd ſub eius puluinari duas Imagines reperiſſet; factaque inquiſitione, in eos qui ipſas intuliſſent, Theophanem cubicularium occidi iuſſit, Iacobum verò Protoſpatharium, Papiam Strategium, Leonem & Thomã cubicularios ignominioſè coniectos in carcerem verberibus affici. Quæ aliaque complura a ſe-

com-

commiſſa flagitia ſacrilegio cumulauit: auri ſiquidem cupiditate incenſus coronam gemmis & carbunculis radiantem, quam Mauritius vel Heraclius Imper. in Templo S. Sophiæ appenderat, ſibi afferri præcepit, ſuoque capiti impoſuit, ex quo erumpenti ob venenatis carbunculis ardens exorta febris breui, vitæ illius finem preſcripſit.

Mortuo Leone, Irene eius vxor Imperium gubernandum ſuſcepit vnà cum Conſtantino decem ni puero, ſub quibus, procellis diſſitis lux Eccleſiæ Catholicæ affulſit. Cum enim Paulus qui Conſtantino Pſeudo-Patr. ſucceſſerat è Conſtantinop. Patriarcha tu ſe abdicaſſet, & ſciſcitantibus Imperatoribus cauſam, reſpondiſſet, ſe id pænitentiam acturum feciſſe pro eo, quòd Copronymi Conciliabulo aduerſùs Sacras Imagines congregato ſe ſubſcripſiſſet; Cumque Tharaſius, quem ad Conſt. Thronum promouendũ ipſi

ipſimet Imperatores decreuerant, dignitatem illam recipere nollet, quin priùs Auguſti, Synodi vniuerſalis congregationem, vt hæreſis Iconomachorum pænitùs extirparetur, pollicerentur: Irene vnà cum eius Filio ad Hadrianũ I. Rom. Pont. ſcripſere, ſcripſit & ipſemet Tharaſius enixè ipſũ rogãtes, vt Conſtantinopolim venire, vel Legatos, qui ſuas vices obirent, & Synodo præſiderent, mittere dignaretur. Quibus acceptis litteris Romanus Pont. cui gratior nuncius afferri nequibat, Legatos, qui ſuo nomine Synodo prȩſiderent Cõſtantinopolim deſtinauit Petrum Archi-Presbyterum S. Petri, & alterum Petrũ Abatem S. Sabæ. Miſerunt etiam Legatos ſuos ad Synodum reliqui Patriarchæ eo quòd oppreſſi iugo Saracenorum præſentes eſſe non poſſent. Anno igitur Chriſti 786. Synodus Conſtãtinopoli collecta eſt in Baſilica SS. Apoſt. ſed ob tumultus ab Iconomachis cõcita,

citatos, in annũ ſequentem dilata, & Nicæa Bythiniæ Vrbs, illuſtrata iam per primæ Generalium Synodorum celebrationem contra Arianos, electa, vt in ipſa Synodus haberetur, quæ anno 787. feliciter fuit inchoata & feliciùs ad finem perducta poſt actiones ſeptem, in quarum:

Prima, poſt breuem orationem habitam à Tharaſio, literiſque tùm Imperatorum Conſtatini & Irenis, tùm Hadriani Pontificis Summi perlectis; Epiſcopi nonnulli, Baſilius videlicèt Ancyranus, Theodorus Myrenſis, & Theodorus Amorij, ſupplices obtulerunt libellos ad veniam deprecandam plures continentes anathematiſmos contra recentem Iconomachorũ hęreſim, & fuerunt à S. Synodo, in priſtinũ reſtituti, Tharaſio enim dicẽte: *Videtur Vobis, vt recipiant Sedes ſuas? Sancta Synodus dixit: Placet omnibus Nobis.* Ventum eſt deindè ad alios Epiſcopos lapſos, à quibus cum

M audiſ-

audiſſet Tharaſius multo tēpore in hæreſi permanſiſſe, auream illam protulit ſententiam: *Diuturniores paſſiones, difficiliores ſunt ad curandum, ſic & Anima, quæ in obſcuro eſt hæreſeos, Orthodoxiæ lumen difficilè recognoſcit*. Prolixior proindè facta eſt diſquiſitio de modo ipſos recipiendi in Eccleſiā, & ab ipſis ordinatos; cumque ex Epiſcopis nonnulli ſe oſtenderent ad lapſos huiuſmodi recipiendos, alijs licèt ipſis veniam rogantibus, eorum reſtitutio in aliam dilata eſt ſeſſionem.

In 2. act. perlectæ ſunt literæ Hadriani Rom. Pont. ad Imperatores, nec non & Synodica eiuſdem Pontificis ad Tharaſium: & interrogantibus Apoſt. Sedis Legatis Tharaſium, Sanctamque Synodum, an dictis epiſtolis conſentirent? Omnes vnanimitèr conſenſere. In 3. act. diſcuſſa in primis eſt cauſa Gregorij Neo-Cæſareenſis Epiſcopi Iconoclaſtarū Anteſignani, qui perſecutionis

tem-

tempore grauitèr dicebatur vexaſſe Catholicos, ſed cum huiuſmodi Catholicorum vexatio ad plenum probari non poſſet, cum ipſe, tùm alij Epiſcopi lapſi ſedere iuſſi ſunt in proprijs Sedibus. Perlecta dein eſt epiſtola Tharaſij ad Epiſcopos Oriẽtales, & reſponſio ipſorum adTharaſiũ, in quibus Orientales ſex Synodos generales amplectebantur, & venerationem Reliquiarum & Imaginum iuxta Apoſtolicas Traditiones profitebantur, vndè approbatę à Legatis & Synodo fuere anathemate illato in alitèr ſentientes. In 4. act. recitata ſunt ex ſacris voluminibus teſtimonia tùmS.Scripturæ tùm SS.Patrũ cultũ Sacrarũ Imaginũ comprobantia: Relata itidem ſunt nonnulla miracula in ſacris Imaginibus facta. Perlectæ quoque fuere epiſtolæ Gregorij III. Pontificis maximi, ad S. Germanum Conſtant. Patr., & S. Germani ad Ioannem Synadenſem, ad

Conſtantinum Nacoliæ, & ad Thomam Claudiopolitanũ Epiſcopos: Prolata dein ſunt plura in Iconoclaſtas, inque cum ipſis communicantes anathemata, ac edita Fidei Profeſſio Legatorum Apoſt. Sedis, ac ſingulorum Epiſcoporum ſubſcriptionibus munita.

In 5. act. varijs probatum eſt teſtimonijs Iconoclaſtas errorem ſuum hauſiſſe à Iudęis, Saracenis, Gentilibus, Samaritis, & Manichæis. Patefactę itidẽ ſunt plures Hęreticorũ fraudes in corrũpẽdis, abolendis, vel igni tradendis Codicibus Sacris, in quibus mentio fiebat cultus Sacrarum Imaginũ. Hiſce peractis anathemata in Iconoclaſtas ſunt iterata. In 6. act. relecta fuit definitio Synodi Pſeudo-ſeptimæ, ſeu Conciliabuli Conſt. ſub Leone Copronymo habiti, eiuſque confutatio catholica ad ſingulas partes, recitante Gregorio Neo-Cæſareenſi, qui antea in Iconomachorum verſa-

tus

tus fuerat hæreſi, & tunc ad meliorem mentem conuerſus erat, opiniones & rationes Hæreticorum; confutationem verò Epiphanio Diacono. Cumque ventum eſſet ad locum, in quo Pſeudo-Synodus omnes Imagines hominum opera factas anathemati tradere profeſſa eſt, ea dumtaxat excepta, qua Chriſtus Dominus ſe ipſum in Sacramento Euchariſtico expreſſit; Epiphanius ſtatim legit a Scripturę & Patrum doctrina omninò alienum eſſe dictum loquendi modum, clariſſima Scripturæ teſtimonia recitans probantia Euchariſticũ Sacramentum, Chriſti Imaginem dici nullatenus poſſe, immò & ipſoſmet Iconomachos contradictionis redarguit, vt potè: *aliquando Imaginem dicentes Sancti Corpus Chriſti intelligibile Sacrificium noſtrum, aliquando verò poſitione corpus*.

In 7. deniq; act. recepta & confirmata ſunt ſex priora Concilia

Digitized by Google

Oecumenica, varijs anathematiſmis confoſſi Iconomachi, eorumque Fautores, editaque Fidei definitio, in qua & expreſſa fui proceſſio Spiritus Sancti à Patre & Filio vt probat Emin. Annal. Parens anno Chriſti 787. & eſt declaratum adorationem Latriæ ſoli Deo deberi, non Imaginibus (quod eſt intelligendum de adoratione Latriæ per ſe & abſoluta, non de relatiua & per accidens, qua non Imago colitur vt Deus, ſed Deus in ipſa & per ipſam) fuitque à Sancta Synodo approbata, exclamantibus cunctis *Omnes ſic credimus, omnes idem ſentimus, omnes approbantes ſub ſcripſimus. Hæc eſt Fides Apoſtolorum. Hæc eſt Fides Patrum; Hæc eſt Fides Ortodoxorum. Hæc eſt Fides omnem terram confirmauit; Credentes in vnum Deum in Trinitate laudatum venerandas Imagines amplexamur Qui secùs agunt, anathemate percelluntur; Qui ſic non ſentiunt ab Eccleſia depelluntur.*

RA-

RATIONES HÆRETICORVM

Contra cultum Sanctarum Imaginum.

PRima fundatur in pluribus Scripturæ authoritatibus in quibus interdictus Hæbreis videtur vſus & adoratio Imaginũ. Exodi 20. *Non facias tibi ſculptile, neque omnem ſimilitudinem, quæ eſt in Cælo deſuper & quæ in terra deorſum, neque eorum, quæ ſunt in aquis ſub terra*. Leuit. 26. *Non facietis vobis Idolum, & ſculptile, nec titulos erigetis, nec inſignem lapidem ponetis in terra veſtra, vt adoretis eum*. Deut. 4. *Memento, quòd Dominus locutus ſit tibi in Monte Oreb. Vocem verborum audiſti, Imaginem nullam vidiſti. Obſerua ergo te ipſum, ne fortè deceptus facias tibi vllam ſimilitudinem*. Iſaię 4. *Cui ſimilem feciſtis Deum? aut quam Imaginem ponetis ei?* Quibus ex nouo Teſt. acce-

dit textus Act. 17. *Genus ergo, cum ſimus Dei, non debemus exiſtimare auro, vel argento, aut lapidi artis ſculpturæ, & cogitationis hominum, Diuinum eſſe ſimile.*

Secunda præſertim militans contra Imagines Dei, & Angelorum fundatur in ipſorum ſpiritualitate, & inuiſibilitate, quomodo enim rebus corporeis repręſentabitur, quod corpus non habet? Et hæc fuit obiectio facta à Gentili S. Ioanni Episc. Theſſal. cui Sanctus reſpondit: *De Angelis & Archangelis, quibus & noſtras Animas adiungo, Eccleſia ſic ſentit, eſſe quidem intelligibiles; ſed non omninò corporis expertes & inuiſibiles &c.* Vel igitur Imagines Dei & Angelorum prohiberi prorſus debent, vel Deus & Angeli admittei corporei.

RA-

RATIONES CONCILII.

Contra Hæreticos Iconoclaſtas.

DIſtinguendus in primis eſt Imaginum vſus ab earundem adoratione, & de vtroque probanda eſt aſſertio Cathol. affirmatiua. Quoad vſum, licitum ipſum eſſe & honeſtum patet primò ex vet. Teſt. Exodi enim 25. Deus præcepit Moyſi Cherubim imagines efformare, ex vtraque oraculi parte: *Duos quoque Cherubim aureos, & productiles facies ex vtraque parte oraculi*, & cap. 3. lib. 3. Reg. habetur Salomonem in Templo Dei conſtituiſſe *Leones, Boues, Cherubim, & palmas, quaſi in ſimilitudinem hominis ſtantis.* Nec vllibi de his Imaginibus in Templo appoſitis reprehenſus inuenitur Salomon, immo laudatus & commendatus à Deo fuit cum ei apparens dixit: (cap. 9.)

Exaudiui orationem tuam & deprecationem tuam, quā deprecatus es coram me, ſantificaui domum hanc, quam ædificaſti, vt ponerem nomen meum ibi in ſempiternum, & erunt oculi mei & cor meum ibi cunctis diebus. Itèm pſ. 72. *Imaginem ipſorum ad nihilum rediges*, ſuper quem locum ſic diſcurrit Chryſoſt. adductus à D. Ioan. Dam. orat. 2. de imag. fol. mihi 764. *Ego ſinceram amo picturam pietate plenam. Video enim Angelum in Imagine, Barbarorum copiam in fugam vertentem. Video Barbarorum populos profligatos, & Dauidem verba illa verè pronunciantem in ciuitate tua Imaginem ipſorum ad nihilum rediges.* Patet 2. quia vſus Imaginum non eſt ſimpliciter & intrinſecè malus, aliàs ars ipſa pingendi & ſculpendi eſſet ſimpliciter & intrinſecè mala, cum numquam poſſet bonum vſum habere, & tamen ipſam optimam eſſe ſatis colligitur ex cap. 31. & 35 Exod. vbi dicitur: *Dominum im-*

impleuiſſe Beſeleel Spiritu Dei, ſapientia, intelligentia, ſcientia, & omni doctrina ad excogitandum & faciendum opus in auro, & argento, & ære, ſculpendiſque lapidibus & opere carpentario; quidquid fabrè inueniri poteſt dedit in corde eius. Pater tertiò, ex multiplici vtilitate, quæ oritur ex Imaginibus. Prima eſt, hominum præſertim rudium inſtructio: *Solet enim* (ait Nyſsenus orat. de S. Theod.) *etiam figura tacens in pariete loqui, maximèq; prodeſſe*, & Greg. M. lib. 9. ep. 9. *Quod legentibus ſcriptura, hoc præſtat Idiotis pictura*, & D. Baſilius hom in 40. Mart. *Quæ ſermo hiſtoriæ per inductionẽ præbet, eadẽ & pictura tacens per imitationem oſtẽdit.* Secũda eſt excitatio ad imitandũ, quæ etiã comunis eſt Hiſtoriæ: *Magnifica in bellis geſta* (ait cit. Baſil.) *& Oratores ſæpè numero & Pictores pulcherrime demonſtrant. Hi oratione, illi tabulis deſcribentes, atque ornantes, amboque plures ad fortitudinem imitandam*

*inducentes.*Tertia eſt obiecti amati præſentia, vndè D. Greg. lib. 7. ep. 54. ardentem Secundini in Chriſtum Ieſum amorem arguit, ex Chriſti Imagine, quam à S. Pontifice poſtularat. *Valdè nobis tua poſtulatio placuit, quia illum toto corde, tota intentione quæris, cuius Imaginem præ oculis habere deſideras.* Quarta eſt honor Dei & Sanctorum, omnes enim Nationes, quaſi natura ipſa dictante, hoc ſigno honoris vſæ ſunt, erigendo Imagines, & ſtatuas inſignium Virorum in eorum excellentiæ & virtutis teſtimonium.

Notari autem hic debet duas eſſe Imaginum ſpecies. Aliæ enim dicuntur, verè, propriè, & formaliter tales, quia repreſentant, res prout ſunt in ſe ipſis, quæ competunt ſolis rebus corporeis, & de his Imaginibus loquitur Damaſc. orat. 2. de Imag. fol. mihi 760 cum inquit: *Erraremus profectò, ſi vel* Dei, *qui cerni non poteſt Imaginem faceremus,*

cum

cum id, quod corporis eſt expers, quodque nec oculis videtur, nec circūſcribitur, nec figuram habet, effingi nequeat. Aliæ verò dicuntur impropiè & metaphoricè tales, quæ nec repræſentant, nec poſſunt repræſentare res prout ſunt in ſe, ſed illas repræſentāt, provt nobis aliquando apparuerunt; vel illarum perfectiones & proprietates exprimunt ob quamdam proportionem & affinitatem, quam habent cum illis, & has competere poſſe Angelis, immò & ipſimet Deo, patet: Tum quia Deum, & Trinitatem ſub ſpeciebus corporeis multoties apparuiſſe teſtatur Scriptura, Gen. 3. *cum audiſſent vocem* Dei *deambulantis ad auram poſt meridiem.* Gen. 28. *Iacob vidit Dominum innixum ſcalæ dicentem ſibi: Ego ſum Dominus* Deus *Abraham* Patris *tui, & Deus Iſaac.* Daniel. 7. *Ecce cum nubibus cæli, quaſi Filius hominis veniebat, & vſque ad Antiquum dierum peruenit.* Ioan. 1. *Vti*

di

di Spiritum deſcendentem, quaſi Columbam de cœlo, & manſit ſuper eũ. Tum etiã quia per Imagines corporeas variæ Dei exprimuntur perfectiones. Depingitur enim, Senex ad exprimendam eius ęternitatem iuxta quam, cap. 7. Dan. cit. dicitur: *Antiquus dierum ſedit, capilli capiti eius, quaſi lana munda.* Cum oculis, ad exprimendã eius ſapientiam, & cognitionem, vndè pſ. 15. *Numquid qui finxit oculũ non conſiderat?* Cum brachijs ad ſignificandam eius potentiam, vnde pſ. 18. creaturæ dicuntur *opera manuũ eius* & pſ. 88. dicitur *in brachio virtutis tuæ diſperſiſti inimicos tuos*. Idemque proportione ſeruata dici debet de reliquis, præſertim cum in Script. non ſemel Deus dicatur habere cor, caput, oculos, manus, &c. dicaturque ſtare, ſedere, ambulare &c. *Quod autem Scriptura facit verbis*, vt loquar cũ Vualdenſi volum. 3. de ſacramental. tit. 29. *cur Artifex non faciet ſignis?*

an

an magis peccatum circa hanc rem inuenit pennicillus, quàm penna? Imago, quam litera?

Sic ſtabilito imaginum vſu, ad ipſarum adorationem deuenio, ipſam licitam probās eſſe, ac honeſtam primò ex ſanctiſſimis Viris vet. Teſt. qui Deum non ſemel in Imaginibus adorarunt. *Vidit Abrahum, non Dei naturam*, (ait Damaſc. orat. 3. de Imag. fol. mihi 772.) *Deum enim nemo vidit vnquam, ſed Dei Imaginem & proſtratus adorauit Ieſus Naue filius non Angeli naturam, quæ corporeis oculis cerni non poteſt, ſed Imaginem vidit, & proſtratus adorauit. itidem fecit Daniel .... Quæ cum ita ſint, cur ergo Amicorum Chriſti non faciam Imagines eaſq; colam & adorem; non tamquam Deum, ſed vt* Imagines *Amicorum Dei?*

Secundò id ipſum oſtenditur ex illis Scripturæ locis, quibus creaturis irrationalibus, immò & rebus inanimatis tribuitur vel cultus adorationis, vel ſan-

ctitas, quæ eſt origo, & radix ipſius adorationis. Pſ. 98. *Adorate ſcabellum pedum eius, quoniam ſanctum eſt* pſ. 131. *Adorabimus in loco vbi ſteterant pedes eius. Surge Domine in requiem tuam Tu, & Arca ſanctificationis tuæ.* Exodi 3: *Terra in qua ſtas terra, ſancta eſt*, propter quod iuſſus eſt Moyſes ſoluere de pedibus calceamenta in ſignũ honoris, & reuerentiæ. Item in ſignum honoris & reuerentiæ erga Arcam exhibendæ Deut. 10. ſeparata fuit Tribus Leui, ex qua ſolùm eligerentur Sacerdotes & Leuitæ, qui cum reuerentia miniſtrarent Deo coram Arca. Ioſue 3. impoſitum eſt populo ne appropinquaret Arcæ, ideòque percuſſus obijt Oza & 1. Reg. 6. ex Bethſamitis plures occiſi ſunt, quia ſine debita reuerentia curioſiùs eam aſpicere voluerunt. Si autem rebus inanimis Scriptura adorationem tribuit, non alia quidem ratione, quàm in honorem & reuerentiam eorum, ad quę refe-

referuntur, cur Imaginibus eadem quoque ratione, & relatione ad exemplaria eam denegabimus? *Quod ſi mihi vitio*, inquit Leontius, orat. de Chriſti Cruce aduerſùs Iudæos adductus à D. Ioan. Dam: orat. 1. de Imag. fol. mihi 754, *verteris Iudæe, quòd Crucis lignum adorem tamquam Deum, cur non eadem ratione Iacob in crimen vocas, quod virgæ faſtigium adorauerit? Atquì perſpicuum eſt, cum honore illo non lignum, ſed Ioſeph adorauiſſe, quemadmodum nos item per Crucem Chriſtum, non autem Lignum veneramur*. Et Author quæſt. ad Antiochũ apud Athan. *Non vt* Deos *adoramus Imagines, vt Ethnici faciunt, ſed ſolummodò affectionem & amorem animi noſtri erga exemplar Imaginum ſignificamus. Et quemadmodum Iacob iam morti vicinus: ſuper extremo ſcipionis Ioſephum adorauit, non baculum honore afficiens, ſed eum à quo is tenebatur. . . . Quemadmodùm etiam olim Iudæi Tabulas legis lapideas*

pideas & duos illos Cherubinos , qui aurei ſculptique erant , adorabant , non lapidum , aut auri ſubſtantiam, ſed Deum , qui ea conſtrui iuſſerat , venerantes. Pro quo facit etiam aureum illud carmen pro Crucis adoratione:

Effigiem Chriſti , qui tranſis , pronus honora ,
Non tamen effigiem , ſed quod deſignat , adora.
Eſſe Deum , ratione caret cui contulit eſſe.
Materiale lapis , effigiale manus .
Nec Deus eſt , nec homo , quam cernis Imago ,
Sed Deus eſt & homo , quem ſacra figurat Imago .
Nam Deus eſt , quod Imago docet , ſed non Deus ipſa .
Hanc videas , ſed mente colas , quod noſcis in ipſa .

Tertiò id deducitur ex eo quòd apud Nationes omnes, Regum & Imp. Imagines rationabiliter in hono-

honore habeatur, & contempto res illarũ grauibus puniantur pænis, idque nonniſi ob relationem, quam dicunt ad exemplar, vndè *D.* Amb: in pſ. 118. ait: *Qui coronat Imaginem Imperatoris, vtique illam honorat, cuius* Imaginem *coronauit, & qui ſtatuam contempſerit, Imperatori vtique, cuius ſtatuam conſputauerit, feciſſe videtur iniuriã* & Chryſoſt. in explan. parab ſeminis, adductus à S: Ioanne Dam. orat 2. de Imag. fol. mihi 764. *Neſcis te, ſi in Regiam* Imaginem *contumelioſus exiſtas, in eum ipſum, quem illa refert iniurium eſſe?* Ignoras, *qui ex lignea, aut ærea ſtatua Imaginem detraxerit, eum non tamquam in materiam inanimatam audax extiterit, ſed tamquam ignominia Regem affecerit, condemnari? Quæ enim Regis effigiem præſefert, ignominiam in ſe coniectam refert ad Regem*. Pari igitur ratione in honore & reuerentia haberi debent Imagines Dei, & Sanctorum, omnis enim honor & adoratio delata

lata Imaginibus, Deo, & Sanctis deſertur.

Pro ſolutione rationum Hæreticorum duo hic aduerti debent. Primum eſt Imaginis ab Idolo diſtinctio. Imaginem ſupra explicuimus. At *Idolum vocatur omne id, quod etiam ſi rem ſubſiſtentem repræſentet, non tamen ea ratione, quæ illi ſecundùm naturam aut gratiam ineſt*. vt loquitur Sanderus lib. 1. de Imaginibus. Et ad hoc genus Idoli ſpectat nedùm quodlibet Gentium Simulacrum repreſentans vt Deum Iouem, Saturnum &c. verùm etiam quælibet ſimilitudo, quæ non cenſeatur metaphorica, ſed vera & formalis veri Dei, & de huiuſmodi ſimilitudine dicitur Ioſue 4. *Auferte* Deos *alienos, qui ſunt in Vobis, & dirigite corda veſtra ad Dominum* Deum *Iſrael*, iuxta expoſ. Aug. lib. 6. quæſt. vet. Teſt. fol. mihi 68. tom. 4. *Prophæta Sāctus in cordibus eorum eſſe cernebat cogitationes de* Deo *alienas à* Deo, *& ipſas,*

admo-

admonebat auferri. Quiſquis enim talem cogitat Deum, qualis non eſt Deus, alienum Deum *vtique et falſum in cogitatione portat.* Vel Idolum dicitur, quod repræſentat rem non ſubſiſtentem, vt ſubſiſtentem. Vnde Aug. lib. 20. contra Fauſtum, Manichæos Gentilibus peiores iudicat, quòd Manichæi colerent Deum malum, ac proinde rem minimè ſubſiſtentem. *Verum Vos illis eſſe longè deteriores, quod illi ea colunt, quæ ſunt, ſed pro Dijs colenda non ſunt, ſunt enim & Idola, ſed ad ſalutem nihil ſunt.*

Aliud, quod aduerti debet eſt duas eſſe inter Catholicos opiniones circa vſum, & venerationem Imaginum in veteri Teſtamento, & iuxta quamlibet Hæreticis eſt reſpondendum. Putant aliqui Hæbræis interdictum fuiſſe ſi non omnem vſum Imaginū, ſaltem ipſarum venerationem, adeòque ipſas Imagines modo accōmodato adorationi erectas

vnde

vndè aiunt nec Cherubinis, nec nec alijs figuris in Templo factis exhibitũ fuiſſe adorationis cultũ. Iuxta hos dicimus prohibitas Hębræis fuiſſe Dei imagines, vel ipſarũ adorationes, nõ quia hę ſint intrinſecè malæ, aliàs nullo modo permitti tunc potuiſſent in Templo Imagines Cherubin &c. nec Deus adorandum ſe præbere potuiſſet ſub Imaginibus corporeis Adamo, Abrahamo, Iacob, Danieli &c. nec permittere, vt propriæ perfectiones per ſimilitudines corporales exprimerentur in Scriptura, vt ex dictis conſtat. Sed quia populus ille ad Idolorum cultum maximè procliuis erat, qua etiam ratione Deut. 34. refertur Moyſen ſepultum fuiſſe in valle Terræ Moab contra Phogor, vt nemo cognoſceret ſepulchrum ſuum ne videlicèt à Iudęis adoraretur tamquam Deus, qui ſolùm adorari debebat tamquã Dei famulus. At huiuſmodi Idolatriæ periculo, gratia D, N. I.C. ceſſan-

ceſſante, ceſſauit & prohibitio: *Iudæis igitur* (ait D Damaſc. orat: 1. de Imag. fol. mihi 747. pro hac ſententia à Vaſquio eius propugnatore adductus) *quoniam ad ſimulacra colenda, erant propenſiores hæc iuſſa ſunt. Nos autem, quibus, vt theologicè loquar, datum eſt, vt ſuperſtitioſum errorem fugientes, & veritatem cognoſcentes purè cũ Deo verſemur, eique ſoli ſeruiamus, & perfectas diuinæ notitiæ diuitias aſſequamur infantiamque prætereuntes, in virum perfectum euadamus, non ſumus amplius ſub Pædagogo; quippè qui diſcernendi vim à Deo, atque habitum conſecuti, ſciamus quid imagine exprimi poſſit.*

Altera opinio, meo videri probabilior & hucuſque dictis conformior aſſerit numquam extitiſſe præceptum diuinum Imagines hæbræis prohibens, vel Imaginum adorationem. Præceptum, dixi Diuinum; ſunt enim, qui ob Ioſephum lib. 1. contra Appionem & alios mentionem facientes da

ali-

aliquo huius prohibitionis præcepto, dicunt illud referendum eſſe in ipſos-met Iudæos, qui conſcij infirmitatis populi ſui & pronitatis in Idolatriam, quò fierent ab omni periculo remotiores Imaginum vſum ſibi vltrò interdixerunt. Licet alij ſuſpicentur id contigiſſe, non quia verè fuerit aliquod præceptum, ſed quia vulgus ad literam omnia intelligebat, verbaqne præcepti, vt ſonant, & abſque vlla limitatione, & interpretatione accipiebat, ſicut plura alia, quę ſiniſtrè interpetrabatur. In quo tamen non corrigebatur à Doctoribus, quia res ob pręfatum idolatrię periculum, non in perniciem, ſed in bonum vergebat ipſius.

Non fuiſſe autem præceptum diuinum prohibitiuum Imaginũ vel adorationis ipſarum, colligunt tum quia nullibi in Scriptura ſit mentio diſpenſationis à tali præcepto, quamuis habeatur Salomonem Imagines plures appoſuiſſe

fuiſſe in Templo, & de hoc fuiſſe laudatum à Deo; Plures SS. Patres Deum in Imaginibus adoraſſe, & Habræos omnes veneratos fuiſſe *Sãcta Sanctorũ, quia ibi erant Cherubim & Propitiatorium; & Arca teſtamenti &c.* vt habet D. Hyer. Tùm quia authoritates Scripturę ex contextibus ſatìs colligitur loqui de prohibitione Idolorum, non autem Imaginum. Et quidem textus Exodi 20. ſic explicatur ab Aug. quæſt. ſuper Exod. *Reuera quod dictum eſt: Non erunt tibi Dij alieni præter me, hoc ipſum perfectiùs explicatur, cum prohibentur colenda figmenta.... Quò enim pertinet: Non facies tibi Idolum, neque vllum ſimulacrum, quæcumque in cœlo ſunt ſurſùm, quæcumque in terra deorſùm, & quæcumque in aqua ſub terra, non adorabis ea, neque ſeruies illis, niſi ad id quod dictum eſt Non erũt Tibi alieni Dij præter me?* Textus Leuit. 26. ſatìs ſe explicat

N per

per particulam illam: *vt adoretis eum*, & per aliam ſubſequentem: *Ego enim ſum Dominus Deus veſter*, quæ ratio inanis eſſet, ſi per verba præcedentia prohibiti fuiſſent *tituli & lapides*, vt nec in ipſis adorari potuiſſet verus Deus, quomodo ipſum adorauit Iacob erigens lapidem in titulum. Idem dicendum ad auct. Deut. 4. dicit enim, *ne forte deceptus facias tibi vllam ſimilitudinem*, in ſimilitudine autem impropria & metaphorica per quamdam analogiam exprimente perfectiones diuinas, vel ipſum Deum, pro vt hominibus apparere dignatus eſt, nullus ineſſe poteſt error, ſicuti nullus error fuit in ſimilitudine Cherubinorum ex præcepto Dei appoſitorum in Templo: Et hoc modo eſt etiam intelligendum illud Iſaiæ 40. loquitur enim Prophæta modo admiratiuo contra Gentes, qui Idola, & ſimulacra hominum aliaſq; creaturas tamquam Deos adorabant, vnde

verſ.

verſ. 26 eiuſdem cap. ipſos hortatur ad leuandum oculos in cęlũ, vt ſic agnoſcere poſſent Deum eſſe non aliquod creatũ ſed omnium Creatorem: *Leuate in excelſum oculos veſtros, & videte quis creauit hæc.* venerãtibus autem & adorantibus Deum verum in Imaginibus metaphoricis fruſtanea videtur huiuſmodi adhortatio, iam enim oculos ſuos non figunt in Imaginibus, ſed in cælum leuant vt adorent omnium Creatorem per ipſas metaphoricè repræſentatum. Nec his diſſimilis eſt auct. Act. 17. Paulus enim verbis illis loquutus eſt ad Athenienſes, ipſos ab Idolorum adoratione removens, vndè ait. *Non debemus æſtimare Diuinum eſſe ſimile.* Qui autem in Imagine metaphorica Deum adorat, Deum Imagini ſimilem minimè putat, immò ſummè diſſimilem iudicat, dum Imaginem non niſi impropriam & metaphoricam, & expreſſiuam ſolùm perfectionum Dei, vel eiuſ-

dem apparitionum, non autem naturæ & ſubſtantiæ eius exiſtimat. Sicque in vtraq; ſententia reſponſum eſt ad primam Hæreticorum.

Ad 2. Illam militare aſſerimus de ſimilitudinibus, & Imaginibus veris & propriis obiecta formaliter repræſentantibus, non autem de ſimilitudinibus improprijs & metaphoricis. Reſponſionem autem Gentili datam à Ioanne Epiſc. falſam dicimus eſſe, & non approbatam à synodo hac, in qua lectus fuit liber citati Sancti, dialogum ipſius cum Gentili continentis. Synodus enim non curauit examinare, quæ ad finem, ob quem fuerat congregata, minimè ſpectabant, immò potiùs in ſua definitione oppoſitum ſentijſse videtur, Deiformes Angelos vocans.

* * *

Digitized by Google

CAN. NICOENORVM Breuiculum notulis interiectum.

Can. 1. *Canones omnes generalium ſex Conciliorum, cum pœnis, & anathematiſmis in ipſis contentis, firmi permaneant.*

Can 2. *Epiſcopus nemo conſacretur, niſi Metropolitæ conſtiterit, ipſum intelligere, & ſcrutari poſſe S. Script. ſacroſq; Canones, paratumque eſſe ad docendum populum ſibi commiſſum.*

Iurè meritò dictas conditiones in Epiſcopis expoſcit præſens Canon, ſine quibus Animarum Paſtores nec *lux mundi*, nec *ſal terræ* dici vllatenùs poſſent, quomodo eos iuſsit eſſe ſupremus Animarum Paſtor Chriſtus Dominus.

Can. 3. *Quælibet electio, vel conſecratio Epiſcopi, Presbyteri, vel Diaconi vi poteſtatis ſæcularis facta, irrita maneat. Can. 31. Apoſt. & 4 Nicœni primi omninò obſeruentur.*

Can. 4. *Talionis pœnæ ſubiaceat Epiſcopus, qui turpis lucri gratia propter auri exactionem, vel cuiuſuis alterius ſpeciei, vel propter aliquam propriam affectionem, à Miniſterio arcere inuentus fuerit vel ſegregare ſuorum Clericorum aliquem: Vel venerandum Templum claudere, ne fiant in eo Diuina Myſteria.*

Can. 5. *Qui gloriantur ſe per auri dationem ordinatos in Eccleſia, & reliquos ob ſolam virtutem ordinatos inhonorant, in infimo ſui Ordinis*

nis gradu, conſtituantur. Quod ſi perſeuerauerint per epitimium corrigantur. Canones Apoſtolicus 30. & Chalcedonenſis 2. contra ſimoniacè ordinatos obſeruentur.

Primam huius Canonis partem optimè aduertit Lupus non agere de ſimoniacis ſacrorum Ordinum emptoribus, hos enim altera pars Canonis omninò deponendos, immò & communione priuandos ſtatuit, Canonum Apoſtol. & Chalced. obſeruationem præcipiens. Sed dē illis, qui opima ſua Patrimonia titulari ſuæ Eccleſiæ dabant, eoque fuco reliquos in eodem conſtitutos gradu ob virtutum merita, aſpernabantur.

Epitimij nomine veniunt hìc, & ſimilibus locis pænæ omnes in ſatisfactionem delictorum impoſitæ. *Epitimia* (inquit Anaſt Bibl. in ſchol. marginal. 8. Syn. act. 2.) *Multi quidèm increpationes inter-*

pretantur, ſed iſto & multis in locis pro pœnis ponuntur, quas Eccleſia vnicuique pro qualitate culparum præcipit obſeruandas, vt potè ieiunia, fletum, abſtinentiam ciborum, genuflexiones, & his ſimilia.

Can. 6. *Canon Trullanus 8. de quotannis celebranda Synodo omninò obſeruetur. Illam facere prohibens, ſi Princeps communione priuetur. Si Metropol. niſi ob rationabilem cauſam id faciat, canonicis pœnis ſubiaceat. Metropolitanus ab Epiſcopis aliquod exigens, quadruplum reddere teneatur.*

Can. 7. *Templa abſque SS. reliquijs conſecrare non liceat. In taliter conſecratis fiat Reliquiarum cum ſolita oratione, poſitio.*

Can. 8. *Iudæi ſimulantes ſe Chriſtianos, clamque Iudæo-*

dæorum ritus,& mores ſequentes, vt hæbræi habeantur, & ab Eccleſia extrudantur. Eorum pueri vel ſerui non baptizentur. In conuerſis verè ad fidem contrarium obſeruetur.

Admiſſus minimè ab Eccleſia eſt præſens Canon qnoad ſingulas partes, labitur enim in eo quòd Iudæos Apoſtatas, impunes in priſtinam profeſsionem redire præcipiat, & eorum filios, & ſeruos baptizari vetet contra Eccleſiæ vſum præſcribentem Apoſtatarum filios ſeparandos, & baptizandos, & ſeruos libertati donandos ac etiam ſi voluerint baptizandos. Vnde D Greg. Papa quibuſdā ipſum calumniantibus cò quòd vt Apoſtolici Patrimonij in Sicilia colonos Iudæos ad fidē Chriſti alliceret, conſuetæ pēſionis parte leuaſſet; reſpondit lib. 4. ep.6. *Nec hoc inutilitèr facimus, quia & ſi ipſi minùs fidelitèr veniunt, hi tamen qui de eis nati fuerint iam fideliùs baptizan-*

tur. Aut ipſos ergo, aut eorum filios lucramur:

Can. 9. *Scripta omnia, vel libri contra venerabiles Imagines editi dari oportet in Epiſcopio Conſtantinopoleos, vt recondantur cum alijs Hæreticorum libris. Epiſ. Presb. vel Diac. illa occultans deponatur, Monachus aut laicus anathematizetur.*

Can. 10. *Clericis non liceat ad alienas Parochias conuolare, nec in priuatis Oratorijs Myſteria Diuina celebrare abſque Epiſcopi, proprij, & loci, conſenſu. Nec mundanas & ſæculares curas adſumere. Aliter depoſitionis pœnæ ſubiaceant. Poſſint autem ſe offerre ad docendos filios, & ſeruos eis legendo Script Diuinas.*

Prima pars huius Canonis

con-

conſonat 15. & 16. Apoſtol. & can. 16. Nicæni primi, quem vide fol. 93. t. 1. Altera pars Canonis de curis ſecularibus & mundanis non ſuſcipiendis, eſt confirmatio Can. 3. Chalced. & 7. Apoſt. quem habes fol 6. tom. 1.

Can. 11. *In vnaquaque Eccleſia Oeconomus habeatur Quòd ſi Epiſc. in ſua Eccleſia eligere illum neglexerit, eligat Metropol. ſi neglexerit Metropol. eligat Conſtantinop. Antiſtes. Quod & in Monaſterijs obſeruetur.*

Oeconomi munera explicata habes in notulis can. 24. Chalced. tom. 1 fol. 155. & ſeq.

Can. 12. *Epiſcopis & Abbatibus Eccleſ. vel Monaſteriorũ bona alienare non liceat. Alitèr irrita maneat alienatio, & bona alienata, Eccleſiæ vel Monaſt. reſtituantur.*

Can. 13. *Epiſcopia, vel Monaſteria facta ob temporũ calamitatem diuerſoria communia reſtaurentur, & in priſtinum reducantur. Clerici id prohibentes deponendi. Monachi vel Laici anathematizandi.*

Can. 14. *Tonſuram Clericalẽ aut Monachalem abſque Epiſc. manuum impoſitione accipere nulli liceat. Facultate imponendi manus Lectoribus gaudeant Abbates intra propria monaſteria, ſimilitèr & Chorepiſcopi de conſenſu Epiſcopi.*

Collige ex hoc Canone Abbatum conſecratorum priuilegium conferendi ſubditis Monachis minores ordines, An autem idem habuerint priuilegium circa ordines ſacros? Reſponſionem dedimus affirmatiuam vſque ad Sacer-

cerdotium excluſiuè de Abbate primo Ciſtecrij, & quatuor primis Coabbatibus in notul.can.2. Apoſt.fol.4.t.1.Collige etiam manuum impoſitionem à ſacramentali diſtinctam adhibitam Monachis, vt habetur in hoc Can. ac etiàm Diaconiſſis vt notauimus in not.Can.19.Nicæni fol.98. to. 1 De Chorepiſc.egimus in notul: Can.8. Nic.1.fol.97.tom 1.

Can. 15. *Nulli liceat duabus Eccleſijs præfici. In Villis autem, quæ foris ſunt, proptèr inopiam hominum indulgeatur.*

Can. 16. *Epiſcopi & Clerici fulgidis & claris veſtibus vtentes, epitimio tradantur. Similitèr & omnes deridentes eos, qui vilibus & religioſis veſtibus ſunt amicti.*

Simile decretum quoad Clericales veſtes edidit Trullana Synodus Can.27.

Can.

Can. 17. *Monaſteria vel Oratoria ædificari non liceat, niſi habeantur omnia ad ipſorum perfectionem neceſſaria.*

Can. 18. *Fæminas in Epiſcopijs vel Monaſterijs commorari permittens corrigēdus, & ſi perſeuerauerit deponendus.*

Ca. 19. *Epiſ. vèl Abbas quidquam exigens à ſacro aliquo ordine initiandis, vel Monaſterium ingredi optantibus, niſi deſinat, deponendus. Abbatiſſa verò, vel Abbas non Sacerdos id faciens eijciantur de illo Monaſterio, & in alio ad ſubiectionem tradantur. Quæ verò à Parentibus filijs more dotis dantur, vel ſi quæ ex proprijs rebus acquiſita offeruntur, profitentibus his, qui ea offerunt, Deo dicanda, ma-*

maneant in Monaſterio, etiam ſi illi exierint ex illo, citra culpam Prælati.

Hanc vltimam clauſulam vt libera omninò maneret Religioſis perſeuerantia in Monaſterio in hunc modum correxit Trident. Synodus: *Ante profeſſionem excepto victu & veſtitu, Nouitÿ, vel Nouitia, quocumque prætextu à parentibus, vel propinquis, aut Curatoribus Monaſterio nihil ex bonis eiuſdem tribuatur. Ne hac occaſione diſcedere nequeat.*

Can. 20. *Duplicia, Viris nempè, & Monialibus communia, Monaſteria, ne amplius erigantur. In iam erectis hæ obſeruentur regulæ: In vno Monaſt.ne verſentur Monachi, & Monachæ. Nec Monachus liberè cum Monacha, vel viceuerſa ſeorſim confabuletur: Nec curet Mona-*

chus

chus in fœminarum Monaſt. nec cum Monacha ſeorſim comedat. Et quando, quæ ſunt vitæ neceſſaria à parte virorum, ad regulares fæminas deferuntur, extra portam hæc accipiet Monaſt. muliebris Præfecta cũ aliqua anu Monacha. Si autem eueniet, vt aliquam velit cognatam Monachus aſpicere, præſente Præfecta cum ea colloquatur exiguo & breui ſermone.

Can. 21. *Monacho, vel Monachæ proprium relinquere Monaſt. & ad aliud proficiſci non liceat. Quod ſi contigerit, ſine voluntate Abbatis eius, qui acceſſerit, non niſi vt hoſpes recipiatur.*

Can. 22. *Monachis, vel Clericis, cum mulieribus; & Monialibus cum viris manducare*

Digitized by Google

care niſi vrgente neceſſitate, vel ad profectum aliquem ſpiritualem opportunum id viſum fuerit, non liceat. Similitèr nec Laicis manducare cum ſcænicis ludricis aut meretricijs vocibus.

PROPOSITIONES CONTROVERTIBILES.

PRIMA: Oecumenica eſt pręſens Synodus, & vt talis ab omnibus veneranda: Aſſertio probatione nõ indiget, cum nulla appareat dubitationis ſuſpicio, fuit enim conuocata Rom. conſentiente, Pontifice, vt ipſemet Pontifex fatetur ep. ad Thar. Patr Cõſt. expreſsis illis verbis: *Quod ſi autem non perſpecta mihi eſſet, & probè*

bè cognita erga ſacras Synodicas ſex Conſtitutiones, & venerandas Imagines veſtra ſinceritas, & Orthodoxa Fides, nequaquam ad Synodum conuocandam aſſentiremus. Præſedit ipſi Rom. Pont. per Legatos ſuos, vt ſatìs innoteſcit tũ ex act. 1. Synodi ordinem Epiſc. ſic deſcribente: *Conueniente Sancta & Vniuerſali Synodo, id eſt; Petro Archi Presbytero Rom. Eccl. ſcilicèt Apoſt. Petri, & Petro Presbytero Monacho, & Abbate Monaſterij S. Sabæ retinentibus locum Apoſt. Sedis &c.* Tùm ex act. 2. in qua hęc legitur interrogatio facta Tharaſio: *Petrus & Petrus locum tenentes SS. Papæ veteris Romæ Hadriani dixerunt: Dicat nobis Tharaſius &c.* Tùm ex act. 7. *Conueniente S. & Vniuerſ. Synodo . . . . hoc eſt: Petro religioſiſſ. Proto. Presbyter S. S. Rom. Eccl. S. Petri Apoſt. & Petro religioſiſs. Monacho, & Præſide venerandæ Manſionis S. Sabæ agentibus vicem Apoſt. Sedis & S. S. Epiſc. veteris*

ris Romæ. Tum denique ex ſubſcriptionibus S. Synodi, quarum duæ primæ ſunt: *Petrus miſeratione diuina Proto Presbyter SS. Eccl. Rom. B. Petri, & locum retinens Hadriani Papæ veteris Romæ definiens ſubſcripſi. Petrus .... & locum retinens Hadriani Papæ veteris Romæ definiens ſubſcripſi*. De Pontificia tandem approbatione nefas eſt dubitare, cum hoc Concilium non niſi ex pręuia Hadriani inſtructione, ac determinatione circa Fidei dogma fuerit celebratum, vt percurrenti Hadriani epiſtolas à Synodo receptas, & approbatas apertè conſtabit

Obijci hic ſolent Concilia duo (omitto Conſtantinop. ſub Copronymo habitum, cum ex hiſt. not. abundè conſtet ipſum Conciliabulum fuiſſe, & vt tale à præſenti Oecum. Synodo reprobatum) Eliberitanum, videlicèt, & Francofordienſe, in quorum primo ſequens editus

tus fuit Canon ordine 36. *Placuit in Templis non haberi picturas ne quod colitur & adoratur in parietibus depingatur.* In 2. verò reprobata fuit hæc ſeptima Synodus, vt inter alios refert Addo in Chronico anno 795.& Abbas Vrſpergenſis in Chr. anno 293.

Reſp. non defuiſſe, qui Concilium Eliberitanum, ſeù Illiberitanum, vel Eliberinum nullius authoritatis eſſe cēſuerint ob apparentes errores varios in ipſo contētos, inter quos numerari debere dicebant errorem præfatū de Imaginibus abolendis. At Concilium Eliberitanū admitti omninò debere, conſtat tùm ex Epiſc. qui adfuerunt; inter alios enim conuenere Magnus Oſius Epiſc. Cordubenſis, D.Valerius Cęſarauguſtanus Epiſc. poſtea conſtantiſs. Martyr, & D.Vincentius eximius etiam Martyr, vt eſt veriſimile, ob familiaritatem, & coniunctionem ſummam ipſius, cum D.Valerio, cuius erat perpetuus Comes,

&

& ob eiuſdē linguæ impedimentum, Interpres fidiſſimus: Tùm ex veneratione in qua ipſū habuere laudatus Oſius, qui in Sardic: Conć. can. 21. Illiberitani Conc. mentionem fecit, pluraq; Concilia & Pontifices, inter quos recenſendus eſt Innocc. I. epiſt. ad Exuper. Epiſc. Toloſanum, ob cuius author. Em. Annal. Parens, qui tom. 1. anno 57. Illiberitanum *Concilium in multis eſſe irritum* dixerat, tom. 2. anno 305. ſententiam mutauit, quæ omnia nouiſſimè aduertit illuſtr. & eruditiſſimus Emmanuel à Schelſtrate p. 2. antiq. illuſtr. diſſ. 2. cap. 3. & ante ipſum Ferdinandus Mendoza in ſuo Concil. Elib. vindicato.

Admiſſo igitur tamquam legitimo Eliberino Concilio, Canon. 36. cit. explicatur à pleriſque de Imaginibus in parietibus depictis, indecens enim viſum fuit Concilio Imagines Sacras in parietibus pingere, idque quia tunc temporis, quo in Hiſpania Tyrā-

norum

norum perſecutiones vigebant, regnantibus nempè Imperator. Diocl. & Maxim. accidere facilè poterat Templorum dirutio, & Imaginum profanatio, cui periculo occurrit Concilium, præcipiendo vt Imagines SS. in tabulis vel alia materia portatili depingerentur. Quæ explicatio corrobarari ſolet tùm ex vltimis Canonis verbis, tùm ex Hiſpaniæ vſu vetuſtiſſimo Imagines in parietibus non pingendi, vt cum alijs teſtatur Vaſquius hanc explicationem propugnans.

Alia explicatio ſatìs probabilis eſt, Canone præfato non prohiberi Imagines Sanctorum, ſed Dei, & hoc *ne* (vt loquitur Ferdinandus Mendoza lib. 3 c. 5.) *veſano Aethnicorum errore putarent vel ipſæ Gentes, vel Catholici ſimpliciores Deum noſtrum, verum, æternum, inuiſibilem, vt quid corporeum idolorum ſtulta imitatione pingi debere aut poſſe, ideò imagines inuiſibilis Dei in Eccleſijs pingi,*

Hiſpa-

Hiſpani Epiſcopi interdixerunt?
Non deſunt denique, qui cum Baronio & Cabaſutio ſuſpicentur Canonem dictum ab Eliberino Concilio editum non fuiſſe, ſed ſuppoſititium eſſe, & ab Iconomachis, qui olim Hiſpaniam incoluerunt confictum. Cuius ſuſpicionis fundamentum non leue eſt tùm quia Canon prefatus eſto adducatur ab Iuone lib. 3. decr. non affertur à Compilatoribus Canonum Iuone Antiquioribus, Fernando videlicèt Diac. Dionyſio exiguo, & Creſconio: tùm quia nec Vigilantius, nec Claudius Taurinenſis Hiſpani Iconomachi, umquam pro Sac. Imag. impugnatione præfato vſi ſun Canone.

Ad Francofordienſe dicimus pro certo haberi debere apud Catholicos, ipſum ſi verè Reijciendam & Reprobandam decreuit Nicenam hanc Synodum nullam quo ad hoc punctum authoritatem; & firmitatem habere;

bere, ſed ſolum approbatum fuiſſe in cauſa Elipandi & Felicis Hæreticorum: An autem reuerà Francof. Concilium contra hanc Synodum decretum vllum ediderit? controuertitur apud Authores existimantibus aliquibus reiectũ à Francof. Fuiſſe, Conciliabulum ſub Copronymo habitum, contra S. Imagines, quod hæretici, titulo ſeptimæ generalis Synodi decorarunt, non verò Concilium habitum ſub Irene & Conſtantino Imper. Præſidente per Legatos ſuos Rom. Pont; Alijs verò Franford. Concilium erraſſe errore facti, adeoque damnaſſe Nicænam hanc Synodum eo quòd putauerit ab ipſa decretam fuiſſe imaginibus abſolutam adorationem Latriæ debitam, ſoli Deo. Sed vt verum fatear vtraque hæc ſententia non leues patitur difficultates, Prior enim aberrare videtur à modo quo loquitur Francofordienſe Concilium, hoc enim Can. 2. damnare

Digitized by Google

re non obſcurè videtur Synodum, quæ imaginibus adorationem tribuerat: *Allata eſt in medium quæſtio de noua Græcorum Synodo, quam de adorandis Imaginibus Conſtantinopoli fecerunt, qua ſcriptum habebatur, vt qui Imaginibus SS. ita vt Deificæ Trinitati ſeruitium, aut adorationem non impenderent, anathema iudicarentur. Qui ſupra S.S.P.P. noſtri omnimodis adorationem & ſeruitutem renuentes contempſerunt atque conſentientes condemnauerunt.* Poſterior verò non paruum deglutire videtur abſurdum, tribuendo errorem facti Concilio, in quo præſidebant Legati Rom. Pont. Hadriani, ſub quo celebrata fuerat Nicæna Synodus vt ex ipſorũ ſubſcriptionibus cõſtat. Probabiliùs igitur, meliori ſaluo iudicio, meo videri diſcurrit Emin Raimundus Capiſuccus contr. 26. q. 1. §. 14. ex Laurentio Surio, & Vaſquio dicens decretũ, quod in Francoford. Concilio legitur aduerſùs Nicænã Synodũ,

non à Concilio, ſed ab Hæreticis confictum omnino fuiſſe, & Concilio attributum; & ſanè ſi verè à Concilio editum fuiſſet decretum dictum, illud adduxiſſet vel pro ſe Claudius Taurinenſis Iconomachus Hiſpanus citatus, qui iconomachiam paulò poſt Francofordienſe Concilium diſſeminauit; vèl contra ſe, Ionas Aurelianenſis, qui pro Imaginibus ſcripſit. Omitto breuitatis ergo errores nonnullos, & contradictiones quibus ſcatet reprobatio Nicæni Concilij Synodo Frācofordienſi attributa, quì Hæreticis, quorum mos eſt omnia erroribus, & contradictionibus permiſcere, non Patribus Francofordienſibus tribuendi videntur.

Secunda: Gregorius II. Papa iurè potuit Leonem Iſaurum tributorum exactione priuare, & ſubditos ab ipſius obedientia abſtrahere, & probabilius eſt id feciſſe. Duas habet partes aſſertio

facti vnam, alteram iuris, vtramq; poſt alios contra Natalem Alex. diſs. 1. in hiſt. Eccl. *Sæculi* VIII. Quoad neutrã verò prolixis cenſeo grauandam probationibus; quod enim id egerit Gregorius fatentur apertè Theophanes, Zonaras, Cedrenus, Sigebertu, aliàs Principibus addictiſſimus & Platina adducti ab ipſomet Natali, & Petrus de Marca, qui lib. 1. cap. 1 § 4. cum præfatis conſentit Auctoribus, & licèt lib. 3. c. 11. §. 3. ſententiam mutauerit, fatetur nihilominus, *quòd ita ferat communis opinio*, à qua præſertim in rebus hiſtoricis recedendum nullatenus eſt, niſi adſit efficaciſſima ratio, quam non haberi in præſenti ex dicendis conſtabit. Quòd autem Gregorius, & per conſequens quilibet Pontifex Sũmus, efficere id potuerit, & poſſit in cauſa hæreſeos, oſtendunt validiſſimæ rationes, quas congerit Bellarminus lib. 5. de Rom. Pont. cap. 6. & 7. roborat verò in

egregio opuſculo de poteſt. Pont. in tempor. aduerſùs Barclaium edito, ad quem Lectorem remitto, & ad Natalis rationes examinandas deſcendo.

Obijcit primò duas Gregorij epiſtolas ad Leonem, in quibus *tantùm abeſt, vt Greg. II. Imper. obedientiæ ſe vèl alios ſubtraxerit, & ne penderentur vectigalia inhibuerit, vt ne quidem, illum Eccleſ. communione priuauerit, aut re ipſa priuatum in publico Fidelium conſeſſu denuntiauerit, vel anathema dixerit*. In primis mirabile prorsùs videtur Natalem ex Gregorij epiſtolis colligere ipſum non priuaſſe Imperatorem Eccleſiaſtica communione, cum oppoſitum apertè docuerit cap. 2. hiſt. Eccl. eiuſdem ſæculi: *Gregorius II P.M. Synodum Romæ celebrauit in qua cum vicinis Epiſc. conſidens, ac præſidens...... Leonem Iſaurum nouæ hæreſeos promotorem, & Catholicorum perſecutorem diris Chriſtiano ritu deuouit*. Mirum

etiam

etiam eſt Arguentem non aduertiſſe, Baronium tom. 9. anno 730. num. 5. reliquoſque omnes aſſertionem noſtram propugnantes duo diſtinguere tempora, vnum, quo Gregorius pacificè egerit cum Leone, aliud quo contra ipſum gladio vſus ſit anathematis, quo poſito, ſi ad prius, Epiſtolæ Greg. referantur contra nos robur vllum non habent; præſertim cum præfata temporum diſtinctio fundata ſit in Theophane hæc habente: *Gregorius Papa Rom. ſcripta priùs ad ipſum Leonem decretali epiſtola, qua de Fide quicquã ſtatuere & antiqua Eccleſiæ ſancita à SS. Patribus firmata innouare, aut conuellere, non decere Imperatorem commonet. Italiæ tandèm* (notam hanc particulam) *ac Romæ tributa ad ipſum deferenda prohibuit*.

Inſtat: *Se inermem, ac nudum profitetur Pontifex Sanctiſs. quod ſanè non dixiſſet, ſi tributorũ penſionẽ inhibuiſſet, vel inhibere habuiſſet in animo*. Sed non attendit Ar-

guẽs de quibus armis locutus ſit Pontifex, de illis videlicèt, quibus contra ipſum vtebatur Imperator, militaribus, & carnalibus: *Perſequeris nos, ac tyrannicè vexas militari carnalique manu. Nos inermes, ac nudi, qui terrenos ac carnales exercitus non habemus &c.*

Inſtat denuò: *Profitetur* (Greg.) *Pontificem introſpiciendi in Palatium poteſtatem non habere, ac dignitates Regias deferendi, ſicut nec Imper. Eccleſias introſpiciendi. Multò minùs itaque exiſtimauit ſe poſſe Tributorum penſionem prohibere, & populos ad defectionẽ compellere.* At diſtinguẽda eſt poteſtas per ſe & directa in tẽporalia, quà talia, quam ſolam ad ſũmum denegat ſibi Gregorius in epiſt. ad Leonẽ; ab indirecta, in eadem, pro vt ad ſpiritualia ordinata, quæ cum comprehendatur ſub ſpirituali poteſtate, defenditur vt ſibi competens à Gregorio, dum aſſerit plenam ſpiritualium poteſtatem in Summo Pontifice reſidere.

Vnde

Vnde Doctor Angelicus 2. 2. q. 60. art. 6. ad 3. appoſitè ad intentum inquit: *Poteſtas temporalis ſubditur ſpirituali ſicut corpus Animæ, & ideò non eſt uſurpatum judicium, ſi ſpiritualis Prælatus intromittat ſe de temporalibus, quantùm ad ea, in quibus ei ſubditur ſæcularis Poteſtas*.

Propter oppoſitam rationem non poſſunt Principes in Pontifices habere nec indirectam Poteſtatem, non enim ſpirituale poteſt temporali ſubordinari. Ex quo apparet, quàm inefficax & vana ſit retorſio, qua Natalis part. 3. ſæc. 15. & 16. diſs. apol. ex auth. Greg. II. inferre contendit contra P. Franciſcum D'Enghien, quòd ſi Pontifex Poteſtatem indirectam habet introſpiciendi *Palatium*, Imperator indirectam habebit Poteſtatem deponendi Pontifices.

Ridicula itidèm eſt reſponſio, quam adhibet diſſ. cit. ad laudata D. Tho. verba, inquiens, par-

ticulam illam , *quantum ad ea &c.* intelligendam eſſe , *quantum ad Animarum directionem . . . . .* Sed *negamus , quòd à ſæculari* Poteſtate *temporalia bona auferre poſſit &c.* Ridicula , inquam , eſt hæc reſp. Velit enim nolit , Natalis , negare nullatenus poteſt D.Tho:Papę concedere *intromiſſionem in temporalibus* , quod autem hoc ſit *in ordine ad Animarum directionem* , vltrò concedimus . Et reſponſionis vanitas euidentiùs innoteſcit ſi inſpiciatur obiectio , cui S Doctor reſpõdet ſic efformata :*Poteſtas Spiritualis diſtinguitur àTẽporali.Sed quandoq;Prælati habentes ſpiritualem Poteſtatem , intromittunt ſe de his , quæ pertinent ad ſæcularem Poteſtatem ergo &c.*Igitur D. Thomas cum ait vſurpatum non eſſe iudicium Prælati ſe intromittentis *de temporalibus* & hoc quia hæc ſpiritualibus ſubordinentur, intelligit de illis,quæ aliàs & per ſe *pertinent ad ſæcularem poteſtatem,* adeoque per D.Thomam *ſæcularis*

ris

ris Poteſtas in his, quæ ad proprium dominium pertinent ſuperiorem in terris agnoſcit, ſaltèm *in ordine ad Animarum directionem*, quod eſt ipſiſſimum id, quod propugnamus.

Obijcit 2. & 3. authoritates Pauli Diaconi, & Anaſtaſij Bibl. apertè aſſerentium Gregorium commonuiſſe populos ad obedientiam Leonis, non ipſos ab illa abſoluiſſe. Sed facilè auctoritatibus hiſce occurritur, illas applicando tempori, quo pacificè cum Leone egit Gregorius, quo pacto ſatìs conciliantur auctoritates reliquæ hìc indè adducibiles, vt notat nouiſſimè ſapientiſs. Author lib. de lib. Eccl. Gall. lib. 4. cap. 12. num. 9. Et ratio nobis fauet, cum enim Theophanes qui pro ſacris Imaginibus exulauit, & plerique alij, duo vt tetigimus de Gregorio affirment, quòd nempè pacificè priùs cum Leone ſe geſſerit, deinvérò anathemate ipſum confoderit,

derit, imperioque priuauerit; Hiſtorici reliqui, qui vnum affirmant, non per hoc aliud negant, niſi apertè ſe exprimant, non enim valet *claram, & apertam confirmationem ſolo ſilentio confutare*, vt ait Auctor laudatus. Et notanda, ni fallor, eſt ratio, quam tradit Anaſtaſius, pro Gregorio impediente Italiæ rebellionem: *ſperans conuerſionẽ Principis*, quod primò non facit quin Gregorius Populi conſilio acquieuerit ſpe dictæ conuerſionis deperdita. Secundò verò, ſupponere ſaltem videtur in Gregorio adeòque in Pontifice Summo poteſtatem faciendi, quod facere recuſauit, ſi enim Pontifex priuare non potuiſſet Leonem imperio, etiam in caſu, quo nulla ſpes emendationis fuiſſet in ipſo; quòd non priuauerit, fruſtra refunderetur in ſpem dictæ conuerſionis.

Obijcit 4. Gregorium III. qui Leonem vt Imp. agnouit literas hortatorias ſcripſit, inter anathe.

Digitized by Google

themⅰtiſmos non nominauit : *At non ità ſe geſſerit ſi Greg II. eius Deceſſor, Imperij iugum excuſſiſſet . . . . . Nec legatos miſiſſet . . . Denique ſi Romani & finitimi populi rebellaſſent aduerſus Imperatorem, & recuſaſſent vectigalia pẽdere, cuncta generalitas Italiæ pro erigendis Imaginibus ſupplicationum ſcripta unanimiter ad eundem Principem non direxiſſet. Quod ipſam feciſſe teſtatur Anaſtaſius. Haud enim grata fuiſſent illa ſupplicationum ſcripta, ſi hinc Italia ſe Imperat. ſubtraxiſſet obedientia . . . . hinc pro erigendis Imaginibus . . . . Imperatori libellos ſupplices obtuliſſet.*

Friuolæ coniecturæ & ſuo dignæ Authore, eſto enim, Gregorius III. inter anathematiſmos non nominauerit Leonem, non per hoc ab anathemate exemit, ſed ſub generali clauſula vnà cũ reliquis cunctis hæreticis excommunicationi ſubmiſit. Legatos ad ipſum direxit, non quà ad Imperatorem de iure, ſed quà ad

talem de facto, & tyrannicè, vt ad fidem conuerteret, ob quod etiam ſupplicem libellum ad ipſum dirigere potuit Romanus Populus, non quia ſe ſubditum agnoſceret ſed vt ab ipſius vexatione ſe liberaret, ipſum catholicum redderet, ſicque denuò annuente Rom. Pontifice eius regimini ſe ſub mitteret. Cum enim anathematis pæna ab Eccleſ. Poteſtatibus tamquam medicinalis infligatur, & vt ait Apoſtolus: *Vt Spiritus ſaluus ſit*, quoniã patebat excommunicationẽ à Gregorio II. Leoni illatam non habuiſſe effectum, qui ſperabatur, reditus ſcilicèt ad bonam frugem; Summi Paſtoris cura exigebat, vt ouem perditam alio modo reducere ſtuderet.

Obijcit 5. *Gregorius II. eruditus fuit in Diuinis Scripturis Pontifex teſte Anaſt. in eius vita. Non eſt igitur veriſimile, quòd Romanos, Italoſque ad defectionem impulerit, ac tributa ſoluere Imper. prohibuerit cum aliundè vir ſanctiſſimus eſſet.*

Illa-

Illationem probat, quia alitèr Gregorius violaſſet mandatum Chriſti, Lucæ 20. *Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris Cæſari*. Repugnaſſet D. Paulo cap 13. ad Rom. *Omnis Anima Poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Non eſt enim* Poteſtas *niſi à* Deo .... *ideò enim & tributa præſtatis &c.* & D. Petro ep. 1. c. 11. dicenti: *Subiecti igitur eſtote omni humanæ creaturæ propter Deū ſiue Regi, quaſi præcellenti ſiue Ducibus &c.*

Egimus vſque adhùc quæſtionem defacto, & non tanti momenti, nunc ad partem iuris deſcendimus. Et ſanè non poſſum non mirari Natalē firmiter adeò & tamquam principium certum ſupponere, Pontificem Summum poteſtatem nec indirectam habere in Reges, adeò vt abſque præiudicio Sanctitatis Gregorij II. defendi nequeat ipſum contra Leonem vſum fuiſſe poteſtate prædicta. Quid enim dicet de ſanctitate Præceptoris Angelici, in

in cuius ſapientiſſima ſchola eſt enutritus, qui poteſtatem prefatam tribuit expreſsè Rom. Pontifici? an ideò non ſanctus, & inter Eccleſię Doctores non numerandus? Forſitan ignorauit textus S. Scripturæ, quos obijcit Natalis, cũ quæſt. hanc ex profeſſo pertractans 2 2. q. 12. art. 2. hanc protulit deciſionem: *Ad Eccleſiam autem non pertinet punire infidelitatem in illis, qui numquam, fidem ſuſceperunt, ſecundum illud Ap. 1. ad Cor. 5. Quid mihi, de his qui foris ſunt iudicare? Sed infidelitatem illorum, qui fidem ſuſceperunt, poteſt ſententialitèr punire, & conuenienter in hoc puniuntur, quòd ſubditis fidelibus dominari non poſſint . . . . . Et ideò quam citò aliquis denunciatur excommunicatus propter apoſtaſiam à fide, ipſo facto eius ſubditi ſunt abſoluti à Dominio eius, & iuramento fidelitatis, quo ei tenebantur?* Quid de Sanctitate Doct. Seraphici S. Bonauenturæ, D. Thomę omninò cõſentientis tom.

7.p.1.de Eccl.hier. cap.1. vbi diſcrimen aſſignans Sacerd. & Regum veteris teſt. à noſtris, de his hæc habet: *Iam verò poſſunt Sacerdotes & Pontifices ex cauſa amouere Reges & Imper. ſicut ſæpiùs accidit, & viſum eſt, quando ſcilicèt eorum malitia hoc exigit, & Reipubl. neceſſitas hoc requirit:Summus verò Pontifex, penès quem prima in terris reſidet authoritas, non à Rege, non à Principe ſæculari, non ab homine iudicatur, ſed ſoliùs Dei iudicio reſeruatur?*

Scio Natalem diſſ.2.ſec.11.& 12. laudatum D. Thomæ textum explicare *de Fiduciarijs Eccleſiæ Principibus,in quos non ſolũ ſpiritualẽ ſed temporalẽ Poteſtatẽ habet &c.* Sed quã aliena ſit à D.Thomę mente hęc explicatio,patet,tũ ex quæſtionis titulo,tũ ex ipſius decurſu, vbi nec per vmbram diſtinctionẽ facit Principum Fiduciariorũ à nõ Fiduciarijs,*nihil autem excipitur*,vt cum Bernardo loquar lib. 2.de conſid.cap.4; *vbi diſtinguitur nihil*

nihil, præſertim in caſu præſenti in quo S. Doctor ſicuti Principes infideles, qui numquam fidem ſuſceperunt ab Apoſtatis & Hæreticis ſeiunxit, ſeparaſſet procul dubio Fiduciarios à non talibus, niſi de omnibus eodem modo diſcurrendũ putaſſet. Accedit, quòd ſi de ſolis Fiduciarijs locutus fuiſset Angelicus, facillimè obiectionem ex Iuliano Apoſtata deſũptam ſoluiſſet, dicendo ipſum vt potè nõ Fiduciarium Principem, ſed Supremũ non potuiſſe ab Eccleſia deponi. At S. Doctor ne dũ hac reſponſione non vtitur, ſed ſupponẽs in Eccleſia authoritatẽ Fideles Iuliani ſubditos ab ipſius obedientia abſoluendi, id nihilominus Eccleſiam toleraſſe ait, *vt maius Fidei periculum vitaretur.*

Nititur etiam præfatæ D. Thomæ reſponſioni occurrere Natalis, ſed aerem verberat: Non enim explicat, nec explicare poteſt, niſi verbis illudens, quomodo obedientia fidelium præſtita Iulia-

Iuliano, ab Eccleſia, *tolerata*, dici potuerit à D. Thoma, ſi ſemel hic putaſſet Eccleſiam abſolutè non potuiſſe fideles à dicta obedientia abſoluere, non enim tolerari aliquod à Principe quolibet dicitur, ſi illud firmare vel impedire, præcipere, vel prohibere ſit extra eius Poteſtatem. Nec aſſignare poterit ad quid D. Thomas recurſum pro obiectionis ſolutione ad Eccleſiæ *nouitatem* fecerit, niſi ſuppoſuiſſet facturam alijs temporibus Eccleſiam, quod in ſui *nouitate* non fecit ijſdem vrgentibus motiuis, adeòq; quod de iure potuiſſet fideles à Iuliani abſoluere obediētia.

Directè, ordine parumpèr inuerſo reſpondens, vellē in primis quòd Natalis Auctori. Principis Apoſt: accipiendo, vt ſonat ad ipſoſmet Reges dirigeret, & cum D. Bernardo ep. 183. ad Conr. Imp. cū ipſis ſic alloqueretur: *Legi: Omnis Anima Poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, quam ſententiam*

cupio

cupio vos cuſtodire in exhibenda reuerentia Chriſti Vicario, ſicut ipſam vobis vultis ab vniuerſo ſeruari Imperio. Si enim ſic Reges alloqueretur Natalis, D. Petri dictum nostræ fauens ſententiæ diceret, non contrarium: Nam ſi omnis Anima ordinatè Poteſtatibus ſublimioribus ſubdita eſſe debet, & Poteſtati Pontificiæ Regia vt ſubdita eſt agnoſcenda, ſequitur Animam omnem obedire ſolùm debere Regiæ Poteſtati, donec à ſublimiori, contrarium ipſi non præcipiatur: ſequitur Pontif. Poteſtatem arbitrari & diſponere poſſe de Regia quoties neceſſarium id iudicauerit ad conſecutionem finis illius, vi cuius Regiam Poteſtatem ſibi ſubditam reſpicit. Quę ratio robur acquirit ex alia D. Pauli auctor. dicentis obedire nos debere. ſiue Regibus, ſiue Ducibus &c. ex qua ſic arguere licet: Non repugnat Apoſtolicis dictis qui ità Ducibus obedit, vt in caſu, quo Rex, cui Duces ſubijciuntur

tur contrarium quid iubet, vel authoritate, & dignitate ipſos priuat, non ipſis ampliùs ſed Regi obedientia præſtetur, immò Apoſtolicam ſententiam ad vnguem exequeretur pręcipientem non niſi *ordinatè* nos obedire debere ſublimioribus Poteſtatibus Pari igitur ratione dictis Apoſt. non repugnat, ſed cõſentit omninò, qui Regibus debitam exhibet obedientiã, donec aliud non iudicauerit Rom. Pont. cui Reges in ſpiritualibus ſunt ſubiecti. Modum hunc arguendi colligo ex Auguſtino, applicando quę ipſe de obedientia Deo præſtanda aſſerit, obedientiæ præſtandæ Chriſti Vicario: *Ipſos*, inquit S. D. apud Bedam cap. 31. in ep. ad Rom. fol. mihi 83: tom. 3 *humanarum rerum gradus aduertite. Si aliquid iuſſerit Curator, nonne faciendum eſt? Tamèn ſi contra Proconſulem iubeat, non vtique contemnis Poteſtatem, ſed eligis Maiori ſeruire. Nec hinc debet Minor iraſci*

ſci ſi Maior prælatus eſt. Rurſùm ſi aliquid ipſe Pro-Conſul iubeat, & aliud iubeat Imperator, numquid dubitatur iſto contempto, illi eſſe ſeruiendum? Ergo ſi aliud Imper. aliud Deus, *quid iudicatis? Minor Poteſtas da veniam &c.* Ex quibus apertè colligitur germanus ſenſus præcepti illius Chriſti D. *Reddite* &c. quis enim vnquam negauit reddenda Cæſari eſſe quæ Cæſaris ſunt? At numquid cum Cæſar, Cæſar amplius non eſt, reddenda ſunt ipſi, quæ non niſi Cæſaris ſunt? Quis vnquam dixit Cæſari obediendum non eſſe, dummodò debita exhibeatur Deo obedientia? Apoſtoli Petrus, & Ioannes Act. 4. dum Magiſtratus Templi, cui erant ſubiecti denunciauit *ne omninò loquerentur, neque docerent in nomine Ieſu*, Apoſtoli *reſpondentes dixerunt ad eos: ſi iuſtũ eſt in conſpectu Dei vos potius audire, quàm Deum, iudicate*. Reddenda igitur aſſerat Aduerſarius Deo, quæ Dei ſunt, Reddenda

dicat

dicat Summo Pontifici quæ ad plenam ipſius ſpiritualem Poteſtatem etiam in Principes exercendam, ſpectant, & ego concedam *ordinatè* reddenda eſſe Cæſari, quæ ſunt Cæſaris.

Addunt hic contra nos pleriq; textum illum Ioan. 18. *Regnum meum non eſt de hoc mundo*. Sed vtinam aduerterent ipſummet Chriſtum, qui textu laudato faſſus eſt Regnum ſuum de hoc mundo non eſſe, Matt. 18. dixiſſe: *Data eſt mihi omnis Poteſtas in Cælo & in terra*; vtinã conſiderarẽt quòd Chriſtus Apoc. 1. *Princeps Regum terræ* appelletur: faterentur enim Regnũ Chriſti in aliquo ſenſu non eſſe de hoc mundo, in alio verò eſſe & authoritates præfatas conciliarent ex circumſtantijs. Chriſtus igitur quando dixit: *Regnum meum non eſt de hoc mundo*, ad mentem Pilati reſpondit interrogantis, an eſſet Rex Iudæorum, quales extiterunt Saul Dauid & reliqui, qui populum

in rebus politicisregebant, bella mouentes, exercitus ducentes, cæteraq; ſæcularis Principis munia gerentes, ad eum modum, quo S. Gregorius II. vt vidimus ep. ad Leonem Iſaurum ſe inermem vocauit, vt potè *terrenos & carnales exercitus* non habentem; vndè ſtatim ſubdidit ipſemet Chriſtus: *Si ex hoc mundo eſſet Regnum meũ miniſtri mei vtique decertarent vt non traderer Iudæis* At non negauit Chriſtus ſibi ſubdita eſſe omnia Regna mundi vt Principi Regum terræ, vnde Chriſoſt. tom. 3. hom. 82. in Ioa. fol. mihi 83. l. m. *Tum Ieſus*, inquit, *Regnum meum non eſt de hoc mundo . . . . . An non eſt mundi huius Chriſti Regnũ ? Quid ni ? Quomodo inquit non eſſe ? Non quòd hoc etiam non poſſideat, ſed quòd in Cœlo habeat Imperium non humanum; ſed longè maius atque præſtantius.*

Obijcit vltimo loco Natalis. *Pontifex doctiſſimus traditionẽ Patrum non ignorauit, nec ab ea qui*

San-

ſantiſſimus erat, ac traditionis retinentiſſimus, atque obſeruantiſſimus deflexit. Porrò *Patres Imperatoribus etiam hæreticis obſequendum docent in ijs, quæ iura Reipubl. ſpectant.* In cuius probationem affert authoritates S. Athanaſij, Hoſij Ep. Cordub. S. Ambroſij, S. Gregorij Magni, S. Agathonis Papę, & S. Ioannis Damaſceni apud ipſũ vidẽdas. Illæ tamẽ ſi attentè perpendãtur, aliud non concludunt (ſi tamẽ concludunt) quàm, Pontificem, directã non habere poteſtatẽ in Reges & Principes quoad tẽporalia, quà talia, cum enim ſemper & cõſtantiſſimè Patres, vt videre etiã eſt in ipſis textibus à Natali adductis, Rom. Pontif. tribuant plenam & omnimodam Poteſtatem quoad ſpiritualia, quoad Animarum ſalutem, & in ordine ad Beatitudinem æternam, ſequitur ipſos vt nõ ſemel dixi, Rom. Pontifici tribuere ſaltem indirectam, & vt ità dicam caſualem poteſtatem in temporalia, ſicut enim

tem-

temporalia quælibet per ſe ſunt ordinata ad bonum ſpirituale, & ad vltimum finem hominis, ita & cui cõmittitur cura boni ſpiritualis intelligitur tradita poteſtas in temporalia pròvt hęc ad illud ſunt ordinata, quod argumentum eſt D. Thomæ qui 3. p. q. 59. art. 4. ex triplici capite probat Chriſto conuenire iudiciariã poteſtatem quantùm ad omnes res humanas, & tertium ſic procedit: *Tertiò apparet idem ex comparatione rerum humanarum ad finem humanæ ſalutis: cuicumq; enim committitur principale, committitur & acceſſorium.* *Omnes autèm res humanæ ordinantur in finem beatitudinis, quæ eſt ſalus æterna, ad quam homines admittuntur, vel etiã repelluntur iudicio Chriſti vt patet Matt. 25. & ideò manifeſtum eſt* (nota hanc particulam) *quòd ad iudiciariam poteſtatem Chriſti pertinent omnes res humanæ.* Subſumo: Atqui dicta ſpiritualis poteſtas tradita à Chriſto Domino

fuit Petro, & Succeſſoribus eius iuxta illud: Matth. 16. *Quodcumque ligaueris &c.* & iuxta Patres à Natali adductos, & reliquos omnes, ergo manifeſtũ eſſe debet D. itidem Petro, & Succeſſoribus eius, traditam quoque eſſe iudiciariam poteſtatem quoad omnes res humanas. Quod ſubſumptum eſt in terminis ipſius Ang. Præcep. ſi verè ipſe eſt Author opuſc. 20. de Reg. Principum cap. 10. in quo probans dominij plenitudinem Rom. Pont. ex verbis Matt. adductis hæc habet: *Quòd ſi dicatur ad ſolam referri ſpiritualem poteſtatem; hoc eſſe non poteſt, quia corporale, & temporale, ex ſpirituali, & perpetuo, dependet, ſicut corporis operatio ex virtute Animæ.* Pro quo facit, quod habet D. Gregorius Papa lib. 2. ep. 61. de poteſt. ſæcul. *Ad hoc poteſtas Imperatori data eſt, vt qui bona appetunt adiuuentur, & terreſtre Regnum Cœleſti Regno famuletur.*

Nec benè infert Natalis in

ſæc.xv. & xvi.par.3.diſſ.6. fol.45.
quòd ex hoc Parochi poſſent
Reges deponere, quia eorũ pote-
ſtas maior eſt vtpotè ſpiritualis,
Regum verò tẽporalis. Nec enim
nos arguimus præcisè ex ſpiri-
tuali poteſtate, ſed ex pleniſſima
ſpirituali poteſtate, (ad hãc enim,
& non ad quamlibet ſpiritualem
poteſtatẽ exercendam, eſt neceſ-
ſaria poteſtas in temporalibus,)
quæ proculdubio non reſidet in
Sacerdotibus, nam potiùs Sacer-
dotibus conuenit participatio
Poteſtatis, adeòque limitata: &
ſicuti ad Principem temporalem
ſpectat ſuprema directio ad fi-
nem temporalem, vndè plura
poteſt, quàm Magiſtratus; ità ad
Eccleſiaſticum Principem Su-
premum pertinet principaliter
directiò ad finem ſpiritualem,
ideòque poteſt ſe extendere, ad
quæ non poſſunt inferiores.

3. Specialem aliquam præ-
cæteris difficultatem ingerere
contra nos videtur auct. D. Greg.
Ma-

Magni, qui Mauritiũ Imp. rogans, vt legẽ iniquã, qua ſuos Miniſtros, Monachos fieri prohibuerat, tẽperaret, ipſum, Dominum ſuũ appellat, eius iuſſioni ſe, & Sacerdotes reliquos ſubiectos indicat. Sed etiam friuola exiſtimabitur hæc inſtantia, ſi ſemel cum Em. Baronio anno 593. attendatur temporum circumſtantia. Siquidem Gregorius ſcribebat ad Imperatorem tyrannicè Eccleſiam diuexantem, verbiſque humilitate plenis animum eius demulcere ſtudebat pro viribus, ideoque ſpecialiter ipſum, ſuum Dominum appellabat, quo titulo vocabat etiam reliquos Sæculares. Quod autem ait de ſubiectione Sacerdotum, & Eccleſiæ ipſimet Imperatori, accipi debet cum laudato Baronio de ſubiectione permiſſiua, non de ſubiectione ipſi de iure debita, ad quod probandum efficaciſſimum argumentum, eſt, quod habet ipſemet Gregorius de Mau-

ritio Imp. explicans pſ.4. pænit. *Concitauit*, Diabolus, *aduersùs Eccleſiam Dei non ſolùm innumerabilem populi multitudinem verùm etiam Regiam* (*ſi fas eſt dicere*) *Poteſtatem: nulla enim ratio ſinit, vt inter Reges habeatur, qui deſtruit potius, quàm regat Imperium* . . . . *Eccleſiam quippè quam ſuo Sanguinis pretio redemptam Saluator noſter voluit eſſe liberam, hanc iſte Poteſtatis Regiæ iura traſcendens, facere conatur ancillam.* Tantùm igitur abeſt quòd Gregorius ſubditam Mauritio Eccleſiam de iure iudicauerit, vt Mauritium inter Imperatores minimè recenſendum dicat, & *Eccleſiam liberam* aſſerat, licet Mauritius *Poteſtatis Regiæ iura traſcendens facere* ſit conatus ancillam. Nec addas Gregorium præfatam Mauritij legem per diuerſas partes perferri curaſſe: Statim enim reſp. Gregorium vel non niſi correctas Mauritij leges miſiſſe, vel ſi non correctas,

ctas, incommodo, quod ex ipſis oriri poterat, occurriſſe, vel manifeſtando omnibus legis impietatem, prout ſcripſit eidem Imperatori, vel alio quouis modo, vt rectè aduertit eruditiſs. Author libert. de lib. Eccl. Gall. lib. 4. c. 12. in fine. Aliàs quis aſſeret Magnum Gregorium tanta ſanctitate conſpicuum ſe ſubiectum de iure credidiſſe Imperatori, quoad tranſmiſſionem legis iniquæ, *& Omnipotenti Deo minimè concordantis*? legatur loco cit. laudatus Baronius, quem eſto non deſint, qui impugnent in eo, quòd expoſitionem in pſ. pœnit. D. Gregorio Magno tribuat, ipſorum tamèn rationes debiles adeò agnouit, vt *inſulſiſſimas* appellare non dubitauerit Philippus Labbè Soc. Ieſu eruditiſſimus Scriptor de Scriptoribus Eccl. in Greg. Magno.

Cæterùm non deeſſe Pàtres, qui nedùm implicitè, & virtualiter, ſed expreſsè, & explicitè

Digitized by Google

doceant reſidere in Pontifice Summō poteſtatem in Reges quo ad temporalia, colligitur apertè, tùm ex ipſomet D. Gregorio, qui lib.10. ep.10. conceſſis priuilegijs Xenodochio à Brunichilda Regina, & Theodorico ipſius Nepote Rege conſtructo, hæc habet: *Si quis Regum, Sacerdotum, Iudicum, Perſonarumque ſæcularium hanc Constitutionis noſtræ paginam agnoſcens, contra eam venire tentauerit, Poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat*; & hac clauſula S. Pontifex vſus eſt in alijs duabus epiſtolis, quas omnes immeritò, & inanibus coniecturis reijcit vt apocryphas Ioannes Launoius, vt ſolidè oſtendit perſæpè laudatus Author de lib. Eccl. Gall. lib.4. cap 6. Tùm, ex D. Bernardo lib. 4. de conſid. cap. 3. vbi vtrumque gladium proprium Pontificis adſtruit materialem, & ſpiritualem, cuius verba fortiter propugnata videas apud Bell. in egregio tract-

tract.de Pont. poteſt.in temp.aduersùs Barclaium cap.19. Concludatur igitur Gregorium II. ſanctiſſimum fuiſse, & traditionis obſeruantiſſimum, & ob id vti potuiſſe competenti ſibi poteſtate Leonem Iſaurum exauctorando.Perlege diſp.35.aurei operis Emin.& Sap. Ioſeph Aguirre de S.Petri Cathedræ defenſione, & ſi placet vide prop. 2. contr. ſubſeq. Concil. vbi nonnulla forſan reperies in confirm. præſentis aſſertionis adducibilia.

LOCA LIBRORVM,
In quibus tractatur de diſcuſſis in hoc Concilio.

S. Damaſcenus lib.de Hęreſ.S.Aug. ep.110.& qu 71.in exod. D.Gregor.Papa expoſ. in pſ.4.pænit.& lib. 10. ep.10.& ſeq. D. Bernardus lib.4. de conſid.cap.3.D.Thomas 2.2 q.12. art.2.& q.60.art.6.ad 3.D.Bonauentura tom.2.p.1:de Eccl.Hierar.cap.1 Nicephorus lib.contra Iconomachos Bellarm.de cultu Imag. lib.2. cap.7. & lib.5.de Rom.*Pont*.cap.6.& 7:& in opuſc.de Pontif. poteſt. in temp. aduersùs Barclaium. Baronius, Spondanus alijque Epitomat. ad ann. 593. & 787.Binnius, Bail, Coriolanus, Carranza, Lupus, Cabaſutius ad Nicænũ II.Petrus de Marca lib.1.de concor. Sac:& Imp.cap.1.§.4. lib.2. cap.17. lib.3. cap.11.§.3.& lib.6.cap.25.Natalis Alex.diſs.1.in hiſt.ſæc.8.& part. 3.ſæc.15.& 16.diſs.apol.contra P.Frãciſcum D.Enghien. Author lib. de liber.Eccl.Gall.lib.4.cap.6.Emin.Ioſephus Aguirre diſp.35. aurei operis de S.Petri Cathedræ defenſione.Blaſius à Purif. tract. de ador. diſput:4. de vſu Imag.Emin.Capiſuccus, Suarez,Vaſquius alijque agentes de Imagin.Franciſcus D'Enghien Dominicanus in opuſc.de Auth:Sedis Apoſt. in Reges.

CON-

Digitized by Google

CONCILIVM
CONSTANTINOPOLITANVM
QVARTVM

Celebratum Anno Chriſti 869.

Prçſidente Hadriano II. Pontifice Summo per ſuos Legatos Donatum & Stephanum Epiſcopos, & Marinum Rom. Eccleſiæ Diaconum.

Præſente Baſilio Imperatore.

Pro depoſitione Photij in Patriarcatum Conſtantinopolitanum tyrannicè intruſi, & reſtitutione Ignatij è Patriarchatu Conſtantinopol. iniuſtè eiecti.

Conuenientibus Epiſcopis 102.

SVMMARIA

Conſtantinopolitani quarti Concilij, Oecumènici octaui Hiſtoriæ Notitia.

PHotius Vir Laicus, natalibus illuſtris, dignitate Prothoſpatarius, primus à ſecretis, ambitione tamen peſſimus, Patriarchalis Dignitatis vſurpator, occaſionem præbuit celebrationi Sacroſancti huius ac Generalis Concilij; Cum enim ad Michaëlem Theophili Imperatoris filium deuolutum eſſet Imperij regimen ſub religioſæ Matris Theodoræ tutela, Imperatricis ſtudio Methodius ſanctitate inſignis priùs, dein ob eius mortem Ignatius Michaële Curopalate natus, quem Leo Armenus tyrannicè Regnum occupans ca-

caſtrauerat, & Monachum effe-
cerat, mutato ipſi nomine Nice-
tæ in Ignatium, ad Conſtanti-
nop. promotus eſt Patriarcha-
tum, quem in Orthodoxæ Fidei
ſinceritate, morumque innocen-
tia ſummo omnium plauſu vn-
decim annis pacificè guberna-
uit; donec Bardas Imperatricis
Theodoræ Frater Ignatio infen-
ſus, vtpotè non ſemel ab ipſo
reprehenſus, & à communione
ſemotus ob ſtuprum cum pro-
pria nuru ſua, Eccleſiæ turbauit
pacem, Imperatori ſuadens, vt
Genitricem Theodoram Imperij
ſpoliaret regimine, & in Mona-
ſteriũ includeret, Ignatioque Pa-
triarchæ præciperet, vt eam quã-
uis inuitam tonderet, quod cum
facere recuſaſſet Ignatius, iuſſus
eſt exulare, Photio in Sedem
Patriarchalem intruſo.

Ambitioſus ac peruicax hic
Pſeudo-Patriarcha, credi vix po-
teſt quàm implacabili crudelita-
te ſæuierit in Patriarcham Igna-

tium, in Rom. Pontificem, in Catholicos omnes. Obſtitit ipſi Nicolaus Papa Romæ Concilium celebrans, iniuſtam Ignatij depoſitionem decernens, & Legatos Conſtantinopolim dirigens, qui decretum Romani Concilij executioni mandari curarent, vnà cum editis à Generali Nicena II. Synodo pro Sacrarum Imaginum cultu contra Iconomachorum hæreſim à Leone Tyranno denuò ſuſcitatam. Tali cognita Legatorum commiſſione, ita inuiſi fuere, vt trium menſiũ ſpatio nemo auſus fuerit cum ipſis alloqui, donec Bardas, & Photius maiori Epiſcoporum parte corrupta, Conciliabulum aperuerunt, in quo vocatis Legatis, & Ignatio Patriarcha, hunc ab falſiſſimas accuſationes è Patriarchali deturbarunt Sede, poſtque dentes confractos, poſt minas, poſt vincula, poſt alia atrociora ipſi illata tormenta, quidam ex Miniſtris, eius fe-

rè

rè ſpirantis manu vi apprehenſa, crucem in pagina quaſi pro eo, loco ſubſcriptionis ſignauit; & paginam cruce ſignatã tradidit Photio, qui ex ſeipſo deindè ita ſubſcripſit: *Ego ſubſignatus indignus Epiſcopus fateor me illegitimè ad talem gradum promotum fuiſſe, in quo me geſſi non tamquam Paſtor, ſed veluti Tyrannus:* Legati verò duriſſimi exilij aliarumque pœnarum minis perterriti Conciliabulo ſubſcripſere.

His ad aures Nicolai Papæ perductis, Sanctiſs. Pontifex Legatũ, qui Imperatoris nomine ad ipſum pro Conciliabuli venerat confirmatione, inauditum remiſit, Photium non Epiſcopum, & Paſtorem, ſed Prædonem, & Lupum, ſemper ſe vocaturum dixit, Epiſcopis omnibus Orientis communicationem cum Photio interdixit, Zacchariam Legatum, eo quòd Conciliabulo ſubſcripſerat, excommunicationi ſubiecit, Photium eique fauen-

uentes Epiſcopos deſtituit, & Ignatium cæteroſque Epiſcopos expulſos à Photio reuocauit. Peruicacior, & audacior hinc euadens Pſeudo Patriarcha alterius Conciliabuli conuocationem, obtinuit à Michaele Imper. & Barda in quo ipſemet Romanus Pontifex, horreſco ſcribens! Ob falſiſſima crimina ipſi imputata depoſitus fuit, ac excommunicatus. His alijſque flagitiorum procellis agitauit Eccleſiam Photius Bardæ potentia fretus, donec Baſilius interfecto priùs Barda à Michaële, Michaëlem occidit, qui ad Baſilij vitam antea attentare præſumpſerat.

Solus ergo in Imperij gubernio remanens Baſilius Pietatis, & Religionis amantiſſimus, de pace Orthodoxæ Eccleſiæ reſtituenda ſollicitus, Photio deiecto, Ignatium ad Conſtantinopolitanam Sedem reaſſumendam vocauit, Nuncios Romam deſtina-

nauit pro Oecumenici conuocatione Concilij obtinenda, qui Nicolao morte prępento Hadrianum II. eius Succeſſorem conuenere: Hic ſacro coacto Concilio acta Conciliabuli Photij flammis tradidit, precibuſque Imperatoris non ſine ingenti animi ſui lætitia acquieſcens Legatos Conſtantinopolim direxit vnà cum Legatis ad ſe ab Imperatore, & Patriarcha Ignatio miſsis, qui Oecumenico Concilio, ſuo nomine pręſiderent, Ignatij reſtitutionem ſtabilirent, Photijque depoſitionem firmarent. His ſic conſtitutis: Conſtantinopoli habita eſt octaua generalis synodus in Templo S. Sophiæ Præſidentibus Apoſtolicæ Sedis Legatis Donato, & Stephano Epiſcopis, & Marino S. R. E. Diacono, Ignatio Patriarcha Conſtãtinop. Locum Tenentibus Patriarchàrum Antiochiæ, & Hieroſolymorum, præſente etiam Imperatore vnà cum pluribus

Pa-

Patricijs viris clariſſimis.

In 1. actione ingredi iuſsi ſunt Epiſcopi, qui conſentanei fuerant Ignatio Patriarchæ, & pro veritate fortitèr dimicauerant, & commendati ſedere ſecundum ordinem ſuum. Lecta dein eſt Imperatoris Baſilij exhortatio ad Synodum, qua omnes monebat, quæ recta eſſent, & Orthodoxæ Fidei conſentanea iudicare. Rogati tertiò ſunt Legati Apoſtolicæ Sedis mandatum eius à quo miſsi erant oſtendere, cumque ipſi oppoſuiſſent: *Hoc nos non inuenimus in vniuerſali Synodo factum, vt Vicarij Senioris Romæ à quolibet perpendantur vtrum talem æſtimationem habeant*; & Bahanes Patricius in Synodo munus Iudicis Cognitoris exercens Epiſcoporum nomine reſpondiſſet: *Et Nos non propter inhonorantiam Apoſtolici Troni hoc dicimus; ſed quia Anteriores veſtri aſcendentes miſſi Rodoaldus, & Zaccharias deceperunt nos alia in man-*

mandatis habentes , & alia facientes ; legendas obtulerunt epiſtolas Hadriani *P*apæ ad Imperat.& Ignatium Patriarcham. Productus 4. fuit libellus S. Rom. Eccl. continens anathematizationem Iconomachorum, Photij excommunicationem, & confirmationem Synodi contra Photium habitæ à Nicolao Rom. Pont. & à plena Synodo fuit receptus, & approbatus. Lecta denique fuit definitio Legatorũ Antiochenę, & Hieroſolymitanæ Eccleſiæ in cauſa Ignatij facta priuſquam Apoſtolicæ Sedis Legati Roma Conſtantinopolim conueniſſent, pariterque interrogati ijdem Legati cur Conſtantinopolim aduentantes à Photij Societate ſe ſeparauerint? reſponderunt probantes, quòd numquam ab vlla Patriarchalium Sedium Orientalium eum receptum certò ſcirent ſed vt à Rom. Pont. damnatum, ex qua reſponſione deſumpta fuit occaſio redarguendi Pſeudo-Syno-

no-

Digitized

nodum Photij contra Nicolaum Papam, cui Photius mentitus fuerat, interfuiſse, & ſubſcripſiſſe Legatos Sedium prædictarum.

In 2. Act. ſola manuum impoſitione recepti à Synodo fuere Epiſcopi vnà cum Presbyteris, Diaconis, & Sub-Diaconis, qui Photio adhæſerant, oblatis priùs ab ipſis pænitentiæ libellis. In 3. act. recipere recuſarunt Patres, lapſos Archiepiſcopos Ancyranum, & Nicænum eo quòd noluerint libellum à Rom. Pontifice miſſum ad ſatisfactionem recipere. Lectæ deinde ſunt epiſtolæ Imper. Baſilij ad Nicolaum Papam, Ignatij Patr. ad eundẽ, & Hadriani Papæ ad Ignatium ſuper damnatione Photij & ſectatorum eius. In 4. act. lectæ fuerunt epiſtolæ tres Nicolai Papæ, quarum prima directa erat ad Michaëlẽ Imper. quem docebat, Laicum hominem non promouendum ſubitò ad ſacerdotiũ, ſed per ſuos gradus iuxta ſancita à Sardicen-

ſi

ſi Concilio can. 13. à Cæleſtino Papa in decret.ſuæ ſanct. cap.21. à Leone Papa in decret. c. 23.& à Gelaſio itidem Papa c.3.decretorum ſuorum. Secunda ad Photium, in quē inuehebatur ob Sacerdotium vſurpatum contra Sacros Canones, ipſique reſpondet ad exempla illorum, qui è laicis ſubitò electi Epiſcopi fuerant, vèl ob vrgentem neceſſitatem, vt Nectarius, cuius tempore nullus Clericorum inueniri poterat in Eccleſia Conſtantinop. qui peſſimæ hereſeos nimboſa caligine non reperiretur impeditus; vel ob ſpecialem Dei uocationem miraculorum oſtenſam prodigijs vt accidit in D. Ambroſio. Ad Tharaſiū verò in Epiſcopum ex Laico promotū reſpondit, quòd ſi Tharaſius in Imaginibus erigendis contra ipſarum deſtructores ſe non oſtendiſſet generoſiſſimum militem numquam ſuę conſecrationi Hadrianus I. pręſtitiſſet aſſenſū, vt ipſe met Hadria-

nus

nus fatetur in Synodo eo tempore habita. Tertia ad Imperatorem idem continens argumentum.

In 5. act. Photius tamquam reus citatus à Synodo conteſtatus eſt ſe inuitum adduci, & ſilentium ſeruaturum, & interrogatus de multis nihil reſpondit Chriſti Domini imitationem prętexens, vnde ad pænitentiam eſt commonitus, & dimiſsus. In 6. vocati ad Synodum ſunt Epiſcopi lapſi, ſollicitantur ad Pænitentiam, cumque adhuc errorem ſuum non agnoſcerent, conceſsit illis Imperator dierum ſeptem inducias, *vt ſi quidem curam geſſeritis ſalutis veſtræ benè, & optimè, ſi verò minimè ventura ſexta feria in ſancta, & vniuerſali Synodo ſtate omnes, & quidquid definierit vniuerſalis Synodus, fiet*. In 7 act. Synodum ingreſſus eſt Photius, baculo innixus, quem illi auferri iuſſit Marinus Legatus, vt potè Paſtoralis dignitatis ſignum, quam non habebat

bat, rogatuſque ab Apoſtolicæ Sedis Legatis, & Synodi Patribus an pæniteret? reſpondit ipſos potius pænitere debere. Lecta dein eſt epiſtola Nicolai Papæ ad Clerum Conſtantinop. ſuper iniqua Ignatij depoſitione, & intruſione Photij, eiuſque confirmatio facta ab Hadriano Papa vnà cum geſtis Concilij Romani ſub ipſo habiti, quibus abſolutis Stephanus Diaconus fecit anathematiſmum Photij, & ſectatorũ eius, ipſum declarans, vt ſæcularem, Tyrannum, Schiſmaticum, Damnatum, Fabricatorem mendacij, nouumque Dioſcorũ habendum cum omnibus ipſius fautoribus.

In 8. act. flammis ſunt tradita acta Conciliabulorum Photij, & Chirographa omnia, quæ ab omni hominum genere exegerat Photius, vt ad ſuas partes propugnandas obligaret. Venerunt deinde aliqui Sacerdotes Iconoclaſtæ, qui monitis Patrum Synodi,

nodi, & Imperatoris, conuerſi, cum ſola manuum impoſione re. cepti fuere. Denique Stephanus Diaconus è ſuggeſtu anathema. tizauit denuò Photium & Ico. nomachos. In 9, act. Ad Synodũ peruenit Vicarius Alexandrinus, quę ſancita in Synodo octo prę. cedentibus actionibus approba. uit. Mox examinati ſunt falſi teſtes, qui aduerſùs Patriarcham Ignatium iurauerant, & vnà cũ cæteris, qui Photio adhæſerant, præſcripta ipſis priùs pænitentiæ ſatisfactione ad Communionem Eccl. admiſſi. In 10. & vltima actione perlecti ſunt Canones à S. Synodo conditi ad numerum 27. licèt Græci vlteriùs illos multiplicent. Poſtremò lecta ſunt omnia Concilij acta, & à cun. ctis cum acclamatione ſuſcepta, præcedentes Synodi confirmatæ & appoſitæ ſubſcriptiones Le. gatorum Apoſtolicæ Sedis, Pa. triarchæ Ignatij, Vicariorum Ec. cleſiæ Orientis, Imperatorum,
(qui

Digitized by Google

(qui annuentibus Legatis, gratitudinis ergo, vt primo loco ſubſcriberent, ſtrenuò recuſarunt.) & cæterorum Epiſcoporum.

RATIONES HAERETICORVM.

Pro duabus in quolibet homine animabus admittendis.

MAnichæi ſicuti duo prima poſuere Principia inter ſe pugnantia, ita & in quolibet homine duas Animas admiſerunt, quarum vnam à bono credebant ortam Principio, alteram verò à malo. Et ab hac, aiebant, procedere vitia, & peccata, ab illa verò actus omnes virtutum vt refert D. Aug. lib. de hæreſ. cap. 46. Hanc Hæreſim neſcio quinam alij ſuſcitarint, dantes ſic occaſionē præſenti huic œcumenicæ Synodo tantam anathe-

mati

matizandi veſaniam, inter hos fuiſſe Photium teſtari videtur Anaſt. Bibl. in præf. huius Synodi. *Photius*, inquiens, *duarum vnumquemque hominẽ Animarum conſtare prædicabat &c.* Qui error provt à præſenti damnatus Concilio, accipi debet de duabus animabus rationalibus, à Manichæis olim admiſſis, non autem de duabus Animabus, quarum vna ſit rationalis non altera, vt optime inter alios notauit Hugo Cauellus ſect. 7. diſp. 1. de Animæ ſubſtantia tom. 2. oper. Scoti referens Ocamum, Mirandul. & Garbium plures in quolibet homine Animas non tamen omnes rationales propugnantes.

Pro ſua hæreſi plures adducebant Manichæi S. Script. auth. Ioa. 8. *Vos propterea non auditis, quia ex Deo non eſtis. Vos ex Patre diabolo eſtis* Mat. 7. *Non poteſt arbor bona malos fructus facere, nec Arbor mala bonos fructus facere.* Ad Rom. 8. *Sentio in membris meis*

aliam

aliam legem repugnantem legi mentis meæ. Et ſimiles, in quibus inſinuatur Peccatores Deum non agnoſcere, vt Patrem, ſed Diabolum, hoc eſt: Principium malum. Malos fructus ſeu malas operationes oriri non poſſe ab Anima bona, per Arborem bonam deſignata &c. ſunt igitur in quolibet homine Animę duæ, bona vna, altera mala, illa à Deo; hæc à Diabolo.

RATIONES CONCILII

Contra Hæreticos.

PRima ſit illa, qua D. Greg. Naz. tom. 2. carm. 4. de mundo contra eoſdem Manichæos oſtendit corpus noſtrum à Deo, non à Diabolo eſſe debere, à fortiori militans contra Animarum duplicitatem iam explicatam. Ratio autem conſiſtit in eo, quòd ſi dictæ Animæ inter ſe contrarię & pugnantes ſunt ab oppoſito

Digitized by Google

prouenientes Principio, inter ſeſe nullum prorſus habentes commercium, ex ipſis nullatenùs, poſſet cõflari aliquod per ſe vnũ cuiuſmodi eſt homo. Haud dubiè enim ex amantibus, pacificèque coëuntibus, non verò ex mutuo odio flagrantibus, hoſtilique pugnantibus Animo, Animantium natura conflatur.

. . . . Equidem pugnantibus ipſe.
Naturis ſi conſto, odium liteſque moleſtas.
Comprimo: ſin pugnæ funeſtaque iurgia durant,
His ego naturis nequeo conſtare duabus.
Non etenim ex illis, quæ ſunt pugnantia, ſed quæ
Fœdere iuncta, poteſt fœtus communis oriri.

Secunda ſit D. Aug. lib. de duabus Animabus contra Manich. tom. 6. fol. mihi 33. & ſeq. quia admiſſa tali Animarum duplicitate nullum poſſet dari peccatum,

tum, nullaque virtus, vbi enim non eſt libertas, implicat eſſe peccatum (idē dic de virtute; ſi enim, inquit cit. S. *nulla peccata ſunt, etiam nullum bonum. Quod iſti ſi dixerint, hæreſim ſuam vno ictu interficiunt.*) Quòd ſi admittatur libertas iam eadem Anima bonum, & malum facere poterit, ſicque non eſſet cur mala admitti deberet pro vitijs, bona verò pro virtutibus, & operationibus bonis. Illatio euidens eſt. Et æquè euidenter diſcurſum præuium oſtendit duabus interrogationibus Aug. *Velim experiri, quid mihi reſponderent roganti, vtrum eis peccaſſe videretur, de cuius dormientis manu ſcripſiſſet alius aliquid flagitioſum? Omnes, quis dubitet ità fuiſſe negaturos illud eſſe peccatum, ità reclamaturos vt etiam ſuccenſerent fortaſſe, quòd tali eos rogatione dignos putarem? . . . . . Quærerem, ſi non dormientis, ſed ſcientis manu; qui membris tamen cæteris vinctus, atque conſtrictus eſ-*

ſet, quiſquam valentior aliquid ſimiliter feciſſet mali, vtrum quia id noſſet, quamuis id omninò noluiſſet, vllo peccati nomine teneretur? & hic mihi omnes mirantes, quòd talia ſciſcitarer, ſine cunctatione reſponderent, nihil etiam iſtum omninò peccaſſe . . . . . Quibus conceſſis colligerem nuſquam niſi in voluntate eſſe peccatum. Et infrà breuiùs idem argumentum efformat his verbis: *Dicere Animas & eſſe malas & nihil peccare, plenum eſt dementiæ. Dicere autem peccare ſine voluntate magnum deliramentum eſt: & peccati reum teneri quemquā, quia non fecit, quod facere non potuit ſummæ iniquitatis eſt & inſaniæ.*

Tertia deducta ex Pænitentia, quæ impoſſibilis omninò redderetur admiſſa Manichæorum hæreſi; ſic efformatur ab eodem Aug. *Inter omnes ſanos conſtat, & quod ipſi manichæi non ſolum fatentur, ſed & percipiunt, vtile eſt pænitere pecati. Quid ego nunc in hanc rem Diuinarū Script. teſtimonia,*

nia,

nia, quæ vſquequaque diffuſa ſunt, colligam? Neminem ſtultum rei huius notitia deſeruit . . . . Quæ cum itá ſint, quæro: ex duobus illis generibus Animarum, cuius ſit pænitere peccati? Scio quidem neq;illius eſſe poſſe, quæ malè facere, neq;illius, quæ benè facere non poteſt; quare (vt eorum verbis vtar) ſi Animam tenebrarum, peccati pænitet, non eſt de ſubſtantia ſummi mali; ſi Animam lucis, non eſt de ſubſtantia ſummi Boni. Pænitendi enim affectio illa, quæ prodit malè feciſſe Pænitentem, & benè facere potuiſſe teſtatur. Quomodò igitur nihil ex me mali eſt, ſi ego perperam feci? aut quomodò me rectè pænitet, ſi ego non feci? Audi partem alteram: Quomodò ex me nihil boni eſt, cui bona voluntas ineſt? aut quomodò rectè pænitet ſi non ineſt? Quamobrem, aut negent iſti pænitendi eſſe magnam vtilitatem, vt non ſolùm à Chriſtiano nomine, ſed ab omni etiã vel imaginaria ratione pellantur. Aut Animarum illa duo genera di-

ſcere, atque docere iam deſinant. Quod ſi faciant, Manichæi eſſe iam deſinent.

His alijſque conuincentiſſimis rationibus apud Aug. videndis addi debet, & alia veluti ab experientia ipſa deducta. Vel enim duæ illæ Animæ, quibus quilibet homo conſtaret, eſſent ad inuicem ſubordinatæ vel non? Si primum, ſiue bona, ſubordinaretur malæ, ſiuè è contrario, ſequitur manifeſtè nos ſemper vel malum, vel bonum operaturos. Si non ſunt ſubordinatæ, vel vna impedire poteſt actiones alterius, vel non? Si hoc, volente igitur vna anima peccatum patrare, Anima verò bona volente illud impedire, vel ſimul erit peccatum, & impediretur, vel nec erit peccatum, nec impediretur peccatum? Si primum; vel Anima bona impedire poteſt operationes Animę malæ vel non? Si poteſt & non impedit, iam Anima bona declinat à bono. Si impe-

pe-

pedit, iam Anima mala, malum non faciet; ſi non poteſt impedire, iam ſemper operabimur malũ. Quòd ſi aliquando poteſt, aliquando nõ poteſt, quando non poteſt, id erit quia Animæ malæ aucta ſit potentia, & vis, manente enim eadem in vtraque vi & potentiæ, non eſt, cur nunc poſſit vna aliam impedire, nunc non, præſertim cum ad inuicem armis non pugnent, ſed voluntate. Quòd ſi aucta eſt vis, certè à Diabolo. Iam quis non videt omni abſurdo abſurdius eſſe, aſſerere Diabolum in aliquo caſu tantam vim infundere in Animam malã, & Deum eamdem vim vel non poſſe, vel nolle infundere in bonam, ipſi ſimpliciter neceſſariam ne vincatur à mala?

Ad Hęreticos: Primæ authoritati opponit duas alias Aug. Ioan. vnam c.1. *Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil.* Apoſt. alteram 1. ad Cor. 8. *Vnus Deus, ex quo omnia.* Quibus ex

Digitized by Google

D Greg. lib. 9. Mor. addi debet illa ex 10 cap. Iob. *Manus Tuæ fecerunt me, & plaſmauerunt me totum*. Quarum ſententiarum concordiam petens Sanctus à Manichæis, infert, Peccatores & eſſe ex Deo, & eſſe ex Patre Diabolo, ex Deo, natura, ex Diabolo, electione & voluntate. Quam explicationē confirmat illo Ioan. 1. *Sui eũ non receperunt*, his verbis: *Vndè ſui, ſi non receperunt? aut vndè ideò non ſui, quia non receperunt? niſi quia homines peccatores, eò quia ſunt homines ad Deum: eo verò quia peccatores ad Diabolum pertinent? Hic ergo partem naturæ tenuit, cum ait: ſui eum non receperunt. Ille verò voluntatis, cum ait: Non eſtis ex Deo.* Ad Matt. auct. his verbis reſpondet idem Aug. tom. 6. lib. contra Adimantum fol mihi 45. in fine: *Iſtæ duæ Arbores manifeſtiſſimè in ſimilitudinem duorum hominum poſitæ ſunt, ideſt iuſti. & iniuſti, quia niſi quiſque voluntatem mutauerit bonum*

bonum operari non poteſt. Quod in noſtra poteſtate eſſe poſitum, alio loco docet vbi ait: Aut facite Arborem bonam, & fructum eius bonum, aut facite Arborem malam, & fructum eius malum.... Mala ergo Arbor fructus bonos facere non poteſt, ſed ex mala fieri bona poteſt, vt fructus bonos ferat. Fuiſtis enim aliquando tenebræ, inquit Apoſtolus, nunc autem lux in Domino. Tamquam ſi diceret: fuiſtis aliquando Arbores malæ, & ideò non poteratis tunc niſi malos fructus facere, nunc autem lux in Domino, ideſt. facti eſtis Arbores bonæ, date fructus bonos: quod ſequitur, dicens: ſicut Filij lucis ambulate.

Ad auct. Apoſt. dicimus per verba illa nullo modo venire poſſe duplicitatem Animarum, non enim opponit Apoſt. legem mentis, legi mentis, ſed legem membrorum, legi mentis. Per legem autem membrorum intelligit carnis rebellionẽ ex Proto-Parentis peccato in nobis or-

Digitized by Google

ſtam, quæ, lex dicitur, & meritò, ſi quidem *legitimè*, inquit Aug. apud Bedam exp. ep. ad Rom. fol. mihi 38. *factum eſt, vt homo, qui noluit obedire Domino ſuo non ei ſeruiret caro ipſius.* Talis autèm lex neutiquam mala, nec malum aliquod facere poteſt, cum etiam in dormientibus reperiatur, ſed liberè conſentire ſuggeſtionibus eius, hoc malum; Et ideò Apoſtolus licèt fateatur ſe carne ſeruire legi peccati, ſubdit ſe mente ſeruire legi Dei: *Mente*, explicat Aug. in fine ſerm. 46. de temp. tom 10. num. mihi 145. *Seruio legi Dei, non conſentiendo. Carne, legi peccati, concupiſcendo. Et mente legi Dei, & carne legi peccati. Et hac delector, & ibi concupiſco, ſed non vincor: titillat, inſidiatur, pulſat, trahere conatur &c.* Ad quod Apoſtoli exemplo nos etiã hortatur S.D. *Nunc ergo fratres tenete iſtum modum, mente ſeruite legi Dei carne legi peccati, ſed ex neceſſitate, quia concupiſcitis, non quia conſentitis*

titis. Aliquando iſta concupiſcentiæ ſic inſidiatur Sanctis, vt faciat dormientibus, quod non poteſt vigilantibus.

CANONVM CONSTANTINOPOLITANORVM.

Breuiculum notulis interiectum.

Can. 1. *Obſeruentur omninò regulæ omnes ab Apoſtolis Eccleſiæ traditæ Generalium Conciliorum Canones, nec non & Localium; ac etiam cuiuslibet Deiloqui Patris Eccleſiæ Magiſtri. Apoſtolicæ Traditiones in eadem habeantur veneratione cum Diuinis Scripturis.*

CONfirmat Canon præſens regulas, & Canones Apoſt. Conciliorum &c. legitimos etiã ab Eccleſia receptos, robur nul-

lum addens Canonibus ab eadẽ reiectis. Quod ait de Traditionibus Apoſtol. fundatur in illo Pauli ad Theſs. *State & tenete Traditiones, quas didiciſtis ſiuè per ſermonem ſiue per epiſtolã noſtram.* Lutherum alioſque hæreticos noſtri temporis percutit, qui ſolam Scripturã admittendã adſtruunt, Apoſtolicas Traditiones pro nihilo ducentes; contra quos (vt alia omittam) euidentiſſimum eſt argumentum, quo vtitur inter alios Albertus Pighius contr. 2. de Eccl. fol. mihi 92. quia *niſi Traditiones receperint, nec Scripturas ad eoſdem pertinere, etiam ſine ſcripturis, facilè demonſtari poterit. Quas proferentes ſi quis interroget: Quì ſcitis viri boni hæc, quæ citatis eſſe Pauli? illa Petri? Matthæi, Lucæ & aliorum? num quid vidiſtis authographa iſtorum ſcripta manu, & cum eis contuliſtis, vt concordare ſciatis, hos, ex quibus iſta nobis profertis codices? Et vt vidiſſetis authographa,*

quis

quis tamen ſingulorum characterem proprium internoſcere vos docuit? Qui vt familiari cum eiſdẽ viuentibus vobis conſuetudine probè eſſet cognitus, quis t men vos certos reddidit, quòd ſcribentes nuſquam errauerint, nuſquam dormitauerint vt homines? Quod ipſi tantùm ſe præbuerint Organa dictanctis ea Spiritus? Quid, inquam, ad hæc reſponderet, cui ſacroſancta non eſt Eccleſiaſticæ Traditionis & Antiquitatis Authoritas?

Can. 2. *Firma maneant, quæ ſynodicè per diucrſa tempora ſunt ſancita à Beatiſſimo Papa Nicolao, & Hadriano eius Succeſſore, vel pro defenſione Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, & Patriarchæ Ignatij; vel pro Photij Neophyti inuaſoris expulſione, & condemnatione. Quibus contrauenians Sacerdos aut Clericus à proprio decidat honore ſimul &*

ordine, Monacus vel Laicus cuiuſcumque ſit Dignitatis ſegregetur, donec pænitens profiteatur ſe conſeruaturum prædictorum editionem.

Notanda hic eſt ratio, ob quã Synodicè ſtabilita à SS.D.Nicolao I.Papa & Hadriano eius Succeſſore obſeruanda omninò præcipit præſens Canon, quia vid.licet, quæ à ſummo emanant Pontifice emanata cenſeri debent ab Organo Spiritus Sancti: *Itaque*, ſunt Canonis verba. *Beatiſs. Papam Nicolaum tamquam Organum S. Spiritus habentes, nec non & S.S. Hadrianũ Papam Succeſſorem eius definimus &c.* Ex quibus verbis, Emin. Ioſephus de Aguirre rectè infert à præſenti Generali Synodo agnitam & ſtabilitam fuiſſe in Pontificibus infallibilitatem etiam cum aliquid ad Fidem, vel mores ſpectans definiunt extra Generale Concilium. *Cum ergo*, inquit Emin.

&

& Sapientiſſimus Scriptor in egregio ſuo opere de auct. infall. Rom. Pont extra Concil. diſp.9 ſect.5. *Synodus illa Generalis defi-nierit, omnia, quæ à Nicolao ipſo, ſi-cuti & ab Hadriano eius ſucceſſore expoſita, & decreta ſunt Synodicè excipi debere tamquam prolata ab Organo Spiritus Sancti, & hoc ſit prorsùs infallibile, conſequens eſt, vt iudicio eiuſdē Oecumenicæ Synodi, definitiones, dogmata & decreta Rom. Pont. præſertim in rebus grauiſſimis, quales ſunt Fidei & morum ſint prorsùs infallibilia, & & nulli prorsùs expoſita errori.* Quæ Emin. Scriptoris ratio longè ſolidior apparebit, ſi cum ipſomet attentè cõſideretur libellus à Rom. Eccl. miſſus huic Cõcilio, cui ſubſcribere deberent vniuerſi Epiſcopi, Sacerdotes Clerici, & Monachi in Synodo congregati, profitentes ſe amplecti Synodos à Nicolao, & Hadriano Pontificibus Summis in cauſa Photij & Ignatij cele-

bra-

tratas : *Quia non poteſt D. N. I. C. prætermitti ſententia, dicentis Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam. Hæc quæ dicta ſunt, rerum probantur effectibus: Quia in Sede Apoſtolica immaculata eſt ſemper Catholica ſeruata Religio.* A. Concilio ergo recipiente & approbante hunc libellum, dictum Chriſti Domini: *Tu es Petrus &c.* Petro, & eius Succeſſoribus etiam extra Concilium aliquod, ad Fidē vel mores pertinēs definiētibus adaptatur cumq; ſtatī ſubdatur: *Hæc dicta ſunt &c* inferri debet Concilij mentem eſſe Chriſtum per dicta verba ne dum infallibilitatem, Eccleſię promiſiſſe, ſed illam promiſiſſe Petro & eius Succeſſoribus ſeorſim à Concilio aliquid ad fidem vel mores pertinens decernentibus, cum ſupremum Eccleſiæ magiſterium exercere voluerint.

Can. 3. *Imago D. N. I. C.*

ea-

eodem veneretur honore, quo liber SS. Euangeliorum. Similiter & debito honore venerentur Imagines B. M. V. Angelorum. & SS. ſub pæna anathematis.

Vetuſtiſſimam eſſe Euangeliorum venerationem colligitur ſatìs ex hoc Canone, qui adorationem Imaginis ex illa meritò infert ob rationem à nobis inſinuatam in Concil. 7. contra Iconoclaſtas, æquè enim Imago nobis Chriſtum &c. oſtendit, ac Euang. de quo Aug. tract 10. in Ioannem *Nos itaq; ſic audiamus* Euangelium *quaſi præſentem Dominum. Surſum eſt Dominus, ſed etiam hìc eſt Veritas Dominus*. Et ob hoc in Oecumenicis Synodis poni ſolitũ erat Sacroſ. Euang. in medio Patrum conſeſsus, in quod omnium cultus conuerſi eſſent quaſi in Perſonam Chriſti, qui eis diceret. *Iuſtum iudicium iudicate.*

Can. 4. *Photius anathematiza.*

tizatur. Ipſum numquam fuiſſe Epiſc. adeoque omnes ordinationes ab eo factas, eiuſque acta omnia irrita prorſus fuiſſe declaratur.

Difficultatem Canon hic examinandā offert non contemnendam circa ordinationem Photij, aliaſque omnes à Photio factas, quæ nullę declarantur & irritæ. Cum enim ex Florentino, & Tridentino, vt valida habeantur Sacramenta omnia, modò adſint materia, forma, & Miniſter cum debita intentione, cur Photi, ordinatio pręſenti Canone declaratur nulla, cum conſtet nihil illi defuiſſe ex præfatis conditionibus, ſed ſolùm quòd facta fuerit interſtitijs, non ſeruatis? Diuerſimodè huic difficultati occurrunt Theologi, inter quos ſolidiùs ni fallor diſcurrunt aſſerētes verba Canonis huius interpretanda eſſe, quaſi dicta, non ad ſcholaſticum rigorem, ſed ad

com-

communem intelligentiam vulgi, vnde aiunt Synodum hanc pronunciaſſe Photium numquam Epiſcopum fuiſſe quantùm ad iuriſdictionem & legitimam Poteſtatis Epiſcopalis executionem, non verò quoad Poteſtatis collatæ caracterem. Hæc inquam, ſententia reliquis probabilior eſt, firmariq; poteſt tùm ratione deſuper inſinuata, tùm exemplis Stephani loco Photij fauore Leonis, Imperatoris ad Thronum Conſt. euecti, qui Romam miſſus vt diſpenſationem à Papa acciperet, propterea quòd ordinatus fuiſſet Diaconus à Photio, illam datis pænitentiæ ſignis obtinuit, abſque eo quòd iterum ordinaretur; & ipſiuſmet Photij in Sedem Conſtantinopolitanam reſtituti à Ioanne VIII. Summo Pontifice abſque noua Conſecratione, quæ in vtroque caſu fuiſſet neceſſaria, ſi ſemel vtraque ordinatio habita fuiſſet, vt nulla.

Hæc doctrina commodè quoque

que app icari poteſt alijs ſimilibus caſibus, quicquid in contrarium dicant Recentiores pleriq, ac etiam authoritati tùm Innocentij I. Summi Pontificis ep.18. ad Alexandrum Antiochæ Epiſcopum cap.vlt.dicentis: *Ab hæreticis baptizati recipiendi ſunt cum ſuo baptiſmo, ſed ab hæreticis ordinati non ſunt recipiendi cum ſuo ordine, quia hæretici ſolum baptiſmum dare permittuntur*, tùm S.Cypriani in cap.*Nouatianus* 7.qu.1. hæc habentis: *Qui nec vnitatem ſpiritus, nec conuentionis pacem obſeruat, & ſe ab Eccleſiæ vinculo, & Sacerdotum Collegio ſeparat, nec Epiſcopi poteſtatem habere poteſt, nec honorem.* Cum enim in Sacramento Ordinis duo diſtingui debeant, Poteſtas videlicet Sacramentalis, & Poteſtas iuriſdictionis, vel ſaltem Poteſtas, & legitimus eius vſus, quoad Poteſtatem iuriſdictonis, vel quoad vſum Poteſtatis Sacramentalis, commodè explicari poſſunt præ-

fatę

ſatæ authoritates, aliæque addu cibiles, idque præſertim quia Poteſtas Sacramentalis abſque alia Poteſtate iuriſdictionis, perpetuòque impedita legitimo ipſius vſu, eſt Poteſtas veluti mortua iuxta vulgare proloquium: *fruſtra eſt potentia, quæ reduci nequit ad actum*, vnde non mirum ſi de præfato modo ordinatis, loquantur Patres, & Canones, ac ſi loquerentur de Laicis. Hoc autē applicari non poteſt Baptiſmo, in quo nòn militat diſtinctio Poteſtatis tradita, vt patet. Ita inter Recentiores diſcurrit Illuſtriſſimus, & Sapientiſſimus Proſper Fagnanus tom.6. in 1.partem 5 lib.Decret.de Schiſm.cap.*Quodà Prædeceſſore*. vbi de authoritatibus oppoſitam doctrinam præſeferentibus, hæc habet: *Hæ, & conſimiles authoritates intelligi debent, vel quoad ea, quæ concernunt iuriſdictionem, vt dictum eſt, vel quoad executionem tantùm, quam de iure communi non recipiunt ordinati*

ab

ab Epiſcopis Schiſmaticis, vel præciſis ab Eccleſia, ſeu excommunicatis.

Quod ſi adducatur aliquis caſus in quo ab Hæreticis ordinati iuſſi fuerint reordinari, id contigiſſe dicam non præcisè quia prima ordinatio facta fuerit ab Hæreticis, ſed eo quòd facta fuerit ab Hæreticis Eccleſiæ formam, & ritum, quoad eſſentialia non ſeruantibus, vel ſaltèm de quibus dubium erat an illa ſeruauerint. Vel denique id contigiſſe dicam, non quòd ordinationes ab Hæreticis factæ reuerà nullæ fuerint, & inualidæ, ſed quòd olim lis fuerit inter Doctores, circa præfatorum ordinatorum validitatem, quorum aliqui Epiſcopatum in ſola Poteſtate Iuriſdictionis conſiſtere cenſebãt; qua dubietate, & opinionum varietate durante non mirum, ſi vnus, vel alter Pontifex ſecuritatis amans & forſitan dictæ opinionis defenſor, ab Hæreticis ordina-

dinatos iterum reordinari præce-
perit.

Can. 5. *Neophytus nullus ad Epiſcopatum euehatur: Sæcularis de Senatoria Dignitate ſpe Pontificatus vel Patriarchatus honoris, Clericus vel Monachus factus: vel ad id Imperatoria Dignitate cõpulſus, incapax dictæ Dignitatis perpetuò maneat. Epiſcopus vel Patriarcha nullus fiat, niſi priùs in gradu Lectoris annum, in Subdiac. duos in Diaconatu tres, in Presbyteratu quatuor annos compleuerit. Poſſint verò Epiſc. Prælati dicta tempora pijs & religioſis viris abbreuiare. Promotus præter hanc definitionẽ ab omni Sacerdotali operatione abijciatur.*

Can.

Canon hic, & alij per multi, ſicut & complura Patrum teſtimonia in quibus non ſit expreſſa mentio omnium & ſingulorum Ordinũ, occaſionem præbuerunt nonnullis Theologorum dicendi vel nõ omnes & ſingulos Ordines eſſe verà & propria Sacramenta, vel ſaltèm non omnes & ſingulos inſtitutos à Chriſto Domino immediatè fuiſſe, ſed mediatè dumtaxàt, dando, videlicèt, poteſtatem Eccleſiæ illos inſtituendi vèl determinatè tot, & non plures, nec pauciores, vel indeterminatè, quot nempe ipſa neceſſarios iudicaret. At neutra ex his ſententijs amplectenda videtur, ſed cum noſtro Doctore ſubtili in 4.d.24. dicendũ omnes & ſingulos Ordines & vera ac rigoroſa Sacramenta eſſe, & immediatè à Chriſto fuiſſe inſtitutos.

Prior pars, quòd omnes & ſinguli ſint vera Sacramenta, euidentèr, meo videri, deducitur ex Flor Concil. in decr. pro Armenis,

nis, in quo nedum in aſſignatione Sacramentorum Legis nouæ aſſignatur genericè, *Ordo*, verùm & in explicatione materiæ & formæ Sacramenti Ordinis, expreſsè Ordinibus ſingulis, Sacramenti tribuitur ratio: *ſextum Sacramentum*, inquit Concil. *eſt Ordinis cuius materia eſt illud, per cuius traditionem confertur Ordo, ſicut Presbyteratus traditur per Calicis cum vino, & Patenæ cum pane porrectionem; Diaconatus verò per libri Euangeliorum dationem; Subdiaconatus verò per Calicis vacui cum Patena vacua ſuper impoſita traditionem, & ſimilitèr de alijs per rerum ad Miniſteria ſua pertinentium aſſignationem*. In quibus verbis manifeſtiſsimè apparet, Concilium priùs definire Sacramentum Ordinis genericè, & poſtea definitionem genericam comprobare inductione ſingulorum Ordinum, vt indicat particula, *ſicuti*, vndè ſi poſt expreſsam mentionem Sacerdotij, Diaconatus, & Sub Diaconatus

ſubdit idem dicendum de cæteris; euidens videtur Concilij mẽtem eſſe, quod omnes & ſinguli Ordines ſint vera & propria Sacramenta.

Nec dicas cum Vaſquio inſtitutum Eugenij & Concilij non fuiſſe hanc de minoribus Ordinibus controuerſiam definire, vtpotè, non neceſſariam Eccleſiæ Dei, nec vnquam cum hæreticis controuerſam. Nam finis Eugenij fuit, nedùm Armenos inſtruere circa ea, quæ in Concilio diſcuſſa fuerant, ſed etiam ipſis Orthodoxæ Fidei breue compendium tradere, ne inpoſterum vlla in Fide hæſitatio haberetur: *Expedire iudicauimus ne vlla in futurum de Fidei veritate apud ipſos Armenos hæſitatio eſſe valeat, atque idem per omnia ſapiant cum Sede Apoſtolica, vnioque ipſa ſtabilis ac perpetua ſine vllo ſcrupulo perſeueret, vt ſub quodam breui compendio Orthodoxæ Fidei veritatem, quam ſu-*

per

per præmiſſis Romana profitetur Eccleſia, per hoc Decretum Sacro approbante Florentino Concilio ipſis Oratoribus ad hoc etiam conſentientibus traderemus. Et in fine: *His omnibus explicatis prædicti Armenorum Oratores, nomine ſuo & ſui Patriarchæ, ac omnium Armenorum, hoc ſaluberrimum Synodale Decretum cum omnibus ſuis Capitulis, Declarationibus, Definitionibus, Traditionibus, Præceptis, & Statutis .... acceptant, ſuſcipiunt, & amplectuntur.* Sanè neſcio qua fronte Vaſquius Teſtimonium adeò euidens Eugenij, & Florentini Concilij, parùm momenti habere dicat in fauorem huius aſſertionis.

Nec minùs clara videtur authoritas Tridentini Concilij, quod cum Canone 2. ſeſſ. 23. anathemati ſubiecerit negantem Ordines maiores, & minores eſſe in Eccleſia Dei, Can. ſequenti anathemati ſubdit negantē Or-

dinem eſſe Sacramentum, at niſi ſub Ordinis nomine, Ordines ſinguli comprehenderentur, mutila, & trunca procul dubio foret Concilij definitio.

Poſterior aſſertionis pars, quòd nempè omnes & ſinguli Ordines à Chriſto ſint immediatè inſtituti, apud me eſt etiam certa, inquantùm Chriſto tribuit ſpecialem quandam immediationem circa Ordinum ſingulorum inſtitutionem, quod enim inquit Trident. ſeſſ. 7. Can. 1. *Si quis dixerit Sacramenta nouæ legis nõ fuiſſe omnia á Chriſto conſtituta, anathema ſit*, accipi non poteſt de inſtitutione mediata, hæc enim competit omnibus ceremónijs & ritibus, quos Eccleſia non inſtituit, nec immutat, niſi vi poteſtatis, quam accepit à Chriſto, quare Chriſtus dici verè poteſt mediatus ipſorum omnium Inſtitutor.

Id ipſum quoque colligitur ex eodem Trid. ſeſs. 23. cap. 2. vbi

habe-

habetur: *Ab ipſo initio Eccleſiæ ſequentium Ordinum nominã, atque vniuſcuiuſque eorum propria miniſteria, Subdiaconi, ſcilicet, Accolythi, Exorciſtæ, Lectoris, & Oſtiarij in vſu fuiſſe cognoſcuntur.* Quod autèm ſemper fuit ab Eccleſia obſeruatum, cuiuſque ignoratur initium non niſi ab Apoſtolis cenſetur originem duxiſſe, qui à Chriſto edocti illud Eccleſiæ obſeruandum promulgarunt.

Ad obiectionem initio inſinuatam, ex præfatis Concilij verbis patet manifeſtè falſitas illationis; verum quidèm eſt in primitiua Eccleſia ob Credentium paucitatem inſtitutos non fuiſſe miniſtros in ſingulis gradibus, non quòd verè tunc non fuerit vſus ſingulorum Ordinum, hoc enim eſt contra Tridentinum, ſed quòd non fuerint ſinguli & diſtincti Miniſtri pro Ordinibus ſingulis, & hoc eſt, quod ait Doctor Subtilis in 4. d. 24. §. ad 3. *Dico quòd*

in primitiua Eccleſia erant pauci Credentes, & ideò pauci Miniſtri ſufficiebant ad diſpenſandum eis Euchariſtiam, & ideò non oportuit tunc Miniſtros in ſingulis gradibus inſtitui. Poſt autem multiplicata eſt Fides, & etiam concomitabatur deuotio ad communicandum quotidiè, & tunc fuit neceſſitas habendi multos Miniſtros ad ſingula Miniſteria ad Euchariſtiam pertinentia, & ideò tunc Eccleſia multos Miniſtros in ſingulis gradibus inſtituit. Similem reſponſionem adhibet S. Thomas in 4. d. 24. q. 2. in reſp. ad 2. vbi etiam ad bonum ſenſum trahit Magiſtrum Sententiarum, qui Ordinum minorum & Subdiaconatus inſtitutionem tribuiſſe videtur Eccleſiæ, vndè neſcio quomodò S. D. pro parte oppoſita à nonnullis adducatur: *Sed poſtea*, inquit Angelicus, *ampliatus eſt cultus Diuinus, & Eccleſia quod implicitè habebat in vno Ordine*, ex-

explicitè tradidit in diuerſis: & ſecundùm hoc dicit Magiſter in litera: quòd Eccleſia alios ordines ſibi inſtituit. Firmum ſit igitur omnes, & ſingulos Ordines vera, & propria Sacramenta eſſe, & omnes & ſingulos fuiſſe à Chriſto D. immediatè inſtitutos. An autem ipſe determinauerit ſingulorum materiam, & formam? Breuiter dico Chriſtum vèl inſtituiſſe materiam, & formam ſingulorum (idem dic de omnibus Sacramentis) quodammodò in confuſo, hoc eſt, rem aliquam, aliquamque verborum ſtructuram aptam ad ſignificandum effectum generalem, & ſpecialem cuiuslibet Ordinis, & Sacramenti, vèl inſtituiſſe determinatè & expreſſè materiam & formam ſingulorum, non tamen vnam, ſed multiplicem (omnem nempè illam, quæ reuerà in Eccleſia vſurpatur vèl eſt vſurpata) ſub diſiunctione hanc, vèl illam. Et ſanè niſi hoc modo diſcurramus,

mus, neſcio quomodò verificari poſſit authoritas Tridentini Seſſ. 21. cap. 2. declarantis, vt non niſi *ſalua ſubſtantia* Sacramentorum, poſſit Eccleſia in ipſorum diſpenſatione ea ſtatuere, vèl immutare, quæ magis expedire iudicabit.

Can. 6. *Anathematizatus maneat Photius tùm ob ea omnia, quæ fraudolentèr egit tùm præſertim quia in S. Pontificem Nicolaum per Conciliabulum à ſe coactum anathema promulgare ſit auſus.*

Can. 7. *Bonum eſt Imagines SS. depingere. Photiani verò nec doceant, nec illas depingant. Qui verò eos, vèl ad docendum, vèl ad pingendas Imagines admittere auſus fuerit, ſi Clericus proprij gradus periculum incurrat, ſi Laicus Diuinorum Myſteriorum*

rum

rum communione priuetur.

In rationibus contra Hæreticos Iconoclaſtas fol. 275. picturas reſpectu rudium facere diximus, quod ſcriptura facit doctis, & ob hanc rationem Canon præſens à Photianis, quos docendi facultate priuat, vetat & imagines fieri.

Can 8. *Patriarchæ ſub pœna depoſitionis nè ab Epiſcopis iuratum Chirographum ad proprium fauorem, aut ſtabilitatẽ exigant, eo excepto, quod ſecundùm formam, & conſuetudinem tempore conſecrationis Epiſcoporum exigi ſolet.*

Can. 9. *Extorta per Photium Chirographa Pro ſapientia addiſcenda, neminem obligent; ſed alibi quiſque doceat vèl diſcat veram ſapientiam. Alitèr Clerici decidant è proprio gradu. Laici ſequeſtrentur.*

Can. 10. *Nemini liceat ante ſynodicã ſententiã ſe ſeparare à proprio Epiſcopo, Metropolita, vel Patriarcha. Nec vllus nomen ipſius inter Diuina Myſteria vel officia, referre recuſet. Aliàs ſi Cler. deponatur; ſi Laicus, vel Monachus ſegregetur quouſq; conuerſus per pænitentiam recipiatur.*

Occaſionem huic Canoni dedit Photius, de quo Hadrianus Pontif. ad ſyn. ſuã Rom. lect. act. 7. huius Synodi. *Photius ſemet ipſum ab Ignatij beatiſs. Præſulis cõmunione fecit extraneum, & per hoc ab vniuerſali Eccleſia, quæ pſi Beatiſſimo Patriarchæ communicabat ſe reddidit prorſus exortem, atque inter ſchiſmaticos procul dubio conſtituit.*

Can. 11. *Anathema ſit ei, qui in homine duas Animas rationales admittit.*

Etiam huic Canoni occaſionẽ præ-

præbuit Photius Manicheorum hæreſim è tenebris obliuionis effodiens, vt diximus initio rationum hæreticorum.

Can. 12. *Epiſcopus per verſutiam, aut tyrannidem Principum ad talem dignitatem euectus, deponendus.*

Can. 13. *Ad maiores gradus in Eccleſia non aſcendant, niſi qui in eadem in inferioribus ordinibus ſunt morati. Qui Principum domorum, ſeu ſuburbanarum rerum curam geſſerit, in Clerum non admittatur, ſub pœna depoſitionis.*

Can. 14. *Epiſcopi ab omnibus Principibus honorentur. Nequaquam Strategis, vel alijs quibuslibet Principibus obuiam procul ab Eccleſijs ſuis occurrant, nec de mulis*

ac equis eos adoraturi deſcendant. Nec cum ſæcularibus Principibus ad menſã intrent hora prandij, euſdem quos illi honores, Strategis exhibentes. Vt ſic fiduciam habeant arguere Strategos, & alios Principes, cum iniuſtum quid agere illos inuenerint. Epiſcopi, qui propriæ immemores dignitatis præter iſtum Canonem egerint, anno vno, Principes verò duobus annis à Cõmunione ſegregentur.

Can. 15. *Nulli Epiſcopo liceat Eccleſiæ bona alienare, niſi ob captiuorum redemptionem; nec Eccleſiæ poſſeſſiones in emphyteuſim tradere: Omnis rerum Eccleſiaſticarum adminiſtratio in ipſorum ſita ſit poteſtate, vt illas dilatent, ac meliorent. Huic definitioni*

Digitized by Google

ni contraueniens deponendus, irritaque maneat qualibet venditio, alienatio, vel emphyteutica traditio bonorum Eccleſ. ab Epiſcop. in ſcriptis, vèl ſine ſcriptis, facta. Anathemati ſint ſubiecti, qui aliquid ex vaſis, prædijs, aut quibuſuis bonis Eccleſiæ emerint, aut perceperint, donec illud reſtituerint, & venditionis, aut emphyteuticæ traditionis contractum reſcindendum reddiderint. Epiſcopus, qui Monaſterium aliquod ex Eccleſiæ bonis extruxerit eidem Eccleſiæ tradat, ſi ex proprijs facultatibus, illud in eius ſit poteſtate, & poſt finem vitæ, vèl ante, conferat cuicumque voluerit.

Can. 16. *Nemo diuinis illuden-*

ludendo Perſonatum agat Epi-ſcopum. Quòd ſi quiſpiam Imperator, vel Potentum, aut Magnatum tantam iniuriam impiè in Diuinum Sacerdotiũ facere, vel admittere tentauerit, primò à Patriarcha, & eius Epiſcopis arguatur, ſegregetur, & indignus Diuinis Myſterijs iudicetur. Deindè verò accipiat quoſdam alios in duram obſeruationem labores & pœnas, quæ viſæ fuerint, & niſi celeriter pæniteat anathemati ſubijciatur. Patriarcha, vel Epiſcopi aduerſùs tanti criminis reum negligentes debitum oſtendere Zelum deponantur. Qui verò huiuſmodi impijſſimæ actioni miniſtraturi ſunt, vel miniſtrauerunt, & non acceperũt conueniens epitimium per trien-

triennium ſequeſtrentur, anno vno extra Eccleſiam Flentes, alio intra Eccl. Stantes vſque ad Cathecumenos, tertio cum fidelibus Conſiſtentes.

Canoni huic condendo occaſionem prebuit Michael temulentus Imper. de quo Nicetas in vita S. Ignatij: *Homunciones quoſdam impuriſſimos ac profaniſſimos, & ſcurras, Diuini Spiritus, cœleſtisque gratiæ omninò expertes, peſſimiſque Dæmonis artibus inſtructiſſimos, ſacrilegè impudenterque Sacerdotes & Antiſtites ad Eccleſiæ profanam imitationē dementiſſimus conſecrauit, illiſque Theophilum quemdam Proto ſpatarium, ſcurram & mimum interque profanos profaniſſimum, Patriarcham præfecit, riſum ſibi, & cachinnum improbū deridendus ac deteſtandus quæritans: per quæ oblationi ſanctæ fiebat iniuria, nomen verò Dei contumelijs affectū inter Gentes blaſphemabatur. Sed Michael tantoperè*

inſa-

ludendo Perſonatum agat Epi-ſcopum. Quòd ſi quiſpiam Imperator, vel Potentum, aut Magnatum tantam iniuriam impiè in Diuinum Sacerdotiũ facere, vel admittere tentauerit, primò à Patriarcha, & eius Epiſcopis arguatur, ſegregetur, & indignus Diuinis Myſterÿs iudicetur. Deindè verò accipiat quoſdam alios in duram obſeruationem labores & pænas, quæ viſæ fuerint, & niſi celeriter pæniteat anathemati ſubÿciatur. Patriarcha, vel Epiſcopi aduerſus tanti criminis reum negligentes debitum oſtendere Zelum deponantur. Qui verò huiuſmodi impÿſſimæ actioni miniſtraturi ſunt, vel miniſtrauerunt, & non acceperũt conueniens epitimium per

trien-

triennium ſequeſtrentur, anno vno extra Eccleſiam Flentes, alio intra Eccl. Stantes vſque ad Cathecumenos, tertio cum fidelibus Conſiſtentes.

Canoni huic condendo occaſionem prębuit Michael temulentus Imper. de quo Nicetas in vita S. Ignatij: *Homunciones quoſdam impuriſſimos ac profaniſſimos, & ſcurras, Diuini Spiritus, cæleſtisque gratiæ omninò expertes, peſſimiſque Dæmonis artibus inſtructiſſimos, ſacrilegè impudenterque Sacerdotes & Antiſtites ad Eccleſiæ profanam imitationẽ dementiſſimus conſecrauit, illiſque Theophilum quemdam Proto ſpatarium ſcurram & mimum interque profanos profaniſſimum, Patriarcham præfecit, riſum ſibi, & cachinnum improbũ deridendus ac deteſtandus quæritans: per quæ oblationi ſanctæ fiebat iniuria, nomen verò Dei contumelijs affectũ inter Gentes blaſphemabatur.* Sed Michael tantoperè

inſa-

infamia hac gloriabatur, vt nec publicè quidèm erubeſceret iactare: Mihi Theophilus, Bardæ Cæſari Photius, Chriſtianis Ignatius eſt Patriarcha.

Can. 17. *Patriarchæ in Metropolitanos habeant poteſtatem ad Synodum conuocandi, tùm illos delicti cauſa euocandi. Qui ſe à Principibus detineri cauſantur, non excuſentur. Patriarchalia vt potè Metropolitanis Concilijs vtiliora, ac rationabiliora omninò celebrentur. Poſſint ac debeant Concilia non generalia, ſine Principum ſæcularium præſentia celebrari, quippè qui ſolis Concilijs generalibus intereſſe ſoleant. Metropolitani, qui à Patriarcha vocati abſque validiſſima ægrotatione, vèl Paganorum incurſu intra duos menſes non*

ob-

obedierint, ſegregentur: ſi per annum fuerint contumaces deponantur. Ei autèm, qui huic definitioni non obedierit, etiam & anathema ſit.

Duo præſertim conſideratione digna ſtatuit præſens Canon: Primum, quòd Epiſcopi à Patriarcha propter Synodum, vel aliam Eccleſiaſticam cauſam vocati, à Principibus nequeant detineri, pro quo perlege propoſ. 1. controuer. mox ſubnectendam. Alterum quòd Concilia non Generalia fieri poſſint ac debeant abſque ſæcularium Principum interuentu, quod antea dixerat Nicolaus Papa ep. 8. ad Michaelem Imper. in qua illum redarguit, quòd criminali in S. Patriarcham iudicio interfuiſſet: *Dicite vbinam legiſtis Imper. Anteceſſores veſtros in Synodalibus conuentibus interfuiſſe, niſi forſan in quibus de Fide tractatum eſt, quæ vniuerſalis eſt, quæ omnium communis*

munis eſt, quæ non ſolùm ad Clericos, verùm etiam ad Laicos & ad omnes omninò pertinet Chriſtianos? Ex quibus colligitur Canonem noſtrum Principes non excludere à Synodis non generalibus, in quibus Fidei cauſa pertractatur, ſed ab illis in quibus Epiſcoporum diſcutiuntur cauſæ. An autèm intelligendum, hoc ſit de Epiſcoporum cauſis ciuilibus & criminalibus, vèl de ſolis criminalibus extra Fidem? Lupus hoc ſecundum defendit, ad quem lectorem remitto.

Can. 18. *Res vèl Priuilegia ab Eccleſijs 30. Annorum ſtatio poſſeſſa auferre audens, donec reſipuerit anathemati ſit ſubiectus.*

Can. 19. *Archiepiſcopi, aut Metropolitæ ſub prætextu viſitationis, ex auaritia, aliarũ Eccleſ. redditus conſummentes*

vel

Digitized by Google

vèl quidquam, frugali hoſpitalitate excepta, exigentes, à Patriarcha ſecundùm criminis grauitatem, ſequeſtrationis vèl depoſitionis pœna plectantur.

Can. 20. *Epiſcopi vèl Metropolitæ prætextu non ſeruati pacti, Eccleſiæ bona in emphyteuſim data non eripiant ijs, quibus tradita erant, niſi ſeruato iuris ordine, Emphyteuta trium annorum penſionē non ſoluiſſe fuerit conuictus, & à Præpoſitis Vrbis vèl Regionis ſententia prolata. Huic definitioni contraueniens, ſequeſtretur à ſuo Patriarcha per aliquod tempus, ab ipſo ablatis, Empyteutæ reſtitutis. Quòd ſi adhuc fuerit inobediens deponatur.*

Can. 21. *Principes honorare teneantur Patriarchas, præſertim Romanum, Conſtantinop. Alexand. Antiochenum, & Hieroſolymorum: Nullique ipſorum ſub anathematis pæna liceat, præſertim verò aduersùs Rom. Pont. conſcriptiones & verba complicare, aut componere, ſub occaſione quaſi diffamatorum quorumdam crimininum, vèl ipſum è proprio Throno pellere. Ipſaq; Viuerſalis Synodus, ſi quid fuerit controuersū aduerſùs Rom. Pont. oportet cum conuenienti reuerentia de propoſita queſtione ſciſcitari, & ſolutionem accipere, aut proficere, aut profectum facere, non tamen audacter ſententiā dicere.*

Can. 22. *Promotiones, &*

Con-

Conſecrationes Epiſcoporum ad Comprouinciales Epiſcopos ſpectet; nullique Principum Laicorum liceat ſub anathematis pœna electioni Epiſcoporum ſeſe immiſcere, niſi ab Eccleſia ad cooperandum inuitetur.

Fallitur hic Nata'is Alex. ex Iuone Carnotenſi putans, quòd hoc Canone: *Electionum libertatem vbique r ſtitui voluit octaua Synodus, non tamen conſenſus Regij neceſſitatem in Gallicana Eccleſia excluſit*; vbi enim lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, Canon autèm loquitur vniuerſaliter de omnibus, & quibuſcumq; Principibus, omne & quamcumque poteſtatem circa electionem Epiſcoporum ab ipſis excludens, verbis illis: *præſertim cum nullam in talibus Poteſtatem, quem quam Poteſtatiuorum, vel Laicorũ habere conueniat*; Nullum

ſam autem, & ſimul aliquam Poteſtatem habere omninò pugnant: At quis neget neceſſitatem conſenſus Regij in aliqua Regis poteſtate fundari debere? quis non videat aliquod Epiſcoporum ſeruitutis genus eſſe, obſtareque quodammodò Eccleſiaſticæ libertati à Principum ſæcularium conſenſu quoad electionem pendere? Idem etiã euincunt poſtrema Canonis Verba anathemati ſubijcientia Principem quẽlibet, qui aliquid *aduerſùs Canonicam electionẽ Eccleſiaſtici Ordinis agere tentauerit . . . . . donec obediat ac conſentiat &c.* quæ ſatis indicant Principum eſſe, electioni conſentire, non, vt ita dicam, prælatiuè & poteſtatiuè, ſed cum obedientia & reuerentia.

Non inficior tamen Principes poteſtatem huiuſmodi circa Epiſcoporum electionẽ habere poſſe, non quidem iure, ſed ex Apoſt. Sedis conceſsione, ſummique

Pon-

Pontificis priuilegio, cuius eſt iuxta temporis exigentiam per nouas Leges antiquis derogare, Canones immutare, moderari, & benigna diſpenſatione eorum ſeueritatem relaxare. ſi quidèm *ſicut quædam ſunt*, inquit Leo I. epiſt. 95. ad Ruſticum, *quæ nulla poſſunt ratione conuelli, ità multa ſunt, quæ, aut pro conſideratione ætatum, aut pro neceſſitate rerum oporteat temperari*. Ex hoc autèm obiter eruitur modus, quo ſaluari poſsit, quomodo S. Gregorius VII. abſque erroris vllius labe Henricum IV. Imp. ob inueſtituras Epiſc. & Abb. quas ſibi arrogauerat, anathematizauerit à præfatam inueſtiturarũ collationem, & receptionem, vt hæreticam damnans; & poſtea Paſchalis II. à conſtantia Prædeceſſorũ, quam & ipſe met per aliquod tẽpus fuerat imitatus, deficiens, carceris ſqualore, & furore Henrici V. cognomento Iunioris perterrefactus, ſe flecti paſſus ſit, ad

concedendum ipſi Priuilegium dandi inueſtituras, addito iuramento, quo, ad illud nuſquam reuocandum ſe obſtrinxit. Gregorius enim alijque non pauci Patres cum ipſo, vt hęreticã damnarunt inueſtiturã prędatam vt de iure Prinicipibus competentẽ, qualis à nõnullis Principibus ſui temporis vſurpabatur, non autẽ illam quæ ex Pontiſicio Priuilegio ipſis conceſſa fuerit: Vnde Paſchalis Papa eſto nimiæ argui poſsit timiditatis, concedendo inueſtiturarũ collationem Henrico, non tamèn inuri poteſt hæreſeos nota. Legatur Emin. & ſapientiſſimus Ioſeph Aguirre, diſp. xi. aurei ſui operis de auct. infall. Rom. Pontif. vbi per plures ſectiones materiam hanc ſolidè, piè, & eruditè pertractat.

Can. 23. *Nequeant Epiſcopi ſub pœna ſegregationis alienæ Eccleſiæ poſſeſſiones inuadere, conferre, aut locare*

aut

aut in alienis Eccleſijs Clericos conſtituere abſque licentia Epiſcopi, cui ſunt ſubditæ. Preſbyteri, & Diaconi Sacra non niſi in Eccleſijs, pro quibus ſunt ordinati operentur, alitèr ſegregentur, donec ad propriam redeant Eccleſiam; & ſi ſegregationem contempſerint, omnimodis deponantur.

Can. 24. *Metropolitanis, Sacra, quæ ad ſe pertinent Miniſteria, Suffraganeis Epiſcopis committere non liceat, aliàs pænas exoluant coram proprio Patriarcha, & vèl corrigantur, vèl deponantur.*

Can. 25. *Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi & Sub-Diaconi Eccl. Conſtantinop. etiam à Methodio & Ignatio ordinati, qui vſque nunc cum hac*

S.Synodo minimè conuenerũt, inuaſori Photio pertinaciter cõſentientes, ſint abſq; ſpe reſtitutionis depoſiti: Nec, etiam ſi Pænitentes, niſi ad laicam Communionem admittantur.

Can. 26. *Clericis à proprio Epiſcopo læſos ſe arbitrantibus, liceat Metropolitam appellare, Epiſcopis, Patriarcham. Nec vllus Metropol. vel Epiſc. niſi à proprio Patriarcha iudicetur.*

Can. 27. *Epiſcopi, quibus Pallij vſus conceſſus eſt, illo non niſi ſtatutis locis & temporibus vtantur: Monachi ad Epiſcopatum euecti Monaſticum habitum non deponant. His contrauenien, aut corrigatur, aut à proprio Patriarcha deponatur.*

Digitized by Google

PROPOSITIONES CONTROVERTIBILES.

PRIMA: Epiſcopi à Summo Pontifice, vocati ad Conciliũ, vèl ob aliam Eccleſiaſticam cauſam, obedire tenentur, nec à Principibus ſæculi poſsunt vllatenus impediri. Occaſionem, huic propoſitioni præbet Canon 17. in quo inualidæ declarantur excuſationes Antiſtitum obedire Patriarchis eos ad Synodum vocantibus, & à fortiori Summo Pontifici, recuſantium, eò quòd à Prin cipibus diſcedendi è proprijs finibus facultatem non obtinuerint.

Scio in primis Natalem Alex. nedùm aſsertionem poſitã, iam longè antea traditã à D Bernar-

do ep. 131. ad Mediol. expreſſis illis verbis: *Poteſt à finibus terræ ſublimes quaſcumque perſonas Eccleſiaſticas euocare, & cogere ad ſuam præſentiam, non ſemèl, aut bis, ſed quoties expedire videbitur:* pro viribus impugnare, ſed & illam è citato Canone erutam, non elſe, contendere. *Canon*, inquit, Synodi 8. *non morem legitimum poſtulandi licentiam à Principe; cum ad Apoſtolicum Præſulem ire neceſſe eſt, improbat; ſed inanes Metrop. quorundam excuſationes, qui auctoritate, & gratia, qua valebant apud Regem, abutebantur, vt ſuæ profectioni Regijs mandatis apponi impedimentum obtinerent, cum à ſuo Patriarcha vocabantur, vèl ſe detineri mentiebantur, vt inobedientiam excuſarent.* Et infra de licentia Regis, Gallicis Epiſcopis neceſsaria ſubdit: *aliam quoque excuſationem habuit pro legitima, habetque etiam nunc Gallicana Eccleſia .... ſcilicèt detentionem*

Regis

Regis, cuius licentia neceſſaria eſt. Sed diſtinguere debebat Natalis Canonem condendi motiuum à Patribus habitum, ab ipſius met Canonis determinatione. Admitto motiuum condendi Canonem fuiſse Epiſcoporum abuſum fingentium, ſe quaſi à Principibus detentos Romano Pontifici parere non poſse; ſed nego hoc ſolum à Canone prohiberi, ex ratione enim in Canone adducta, apertè colligitur Principes non poſse Epiſcopos detinere nè Pontifici vocanti obediant, non enim Præſulum excuſationes inualidas declarat Canon, eo quòd finxerint ſe à Principibus detineri, vel quia dolo, & verſutia ſuæ profectioni Regijs mandatis apponi impedimentum obtinuerint, ſed quia: *Cum Princeps pro ſuis cauſis conuentus frequentèr agat, impium eſt, vt Summos Præſules ad Synodos pro Eccleſiaſticis negotijs celebrandum*

Digitized by Google

impediant, *vel quoſdam à Concilijs eorum prohibeant*. Quæ verba, quis non videt Principes ipſos perſtringere? Vidit ſanè Illuſtr. Petrus de Marca, quem ſequitur in aſsertione Natalis, hiſque faſsus eſt verbis lib. 2. de concord. Sac. & Imp. cap. 17. num. 3. *Epiſcopos omnes ſiſtere ſe Concilio Patriarchæ iubet Canon 17. neque Principum iuſſu impediri, cum tamen à Regno diſcedere, & Synodo intereſſe abſque conſenſu Principis, vetitum eſſe Gallicanis Epiſcopis doceat Hincmarus, & plerique Auctores poſt 8. Synodum*. Id ipſum quoque colligitur ex Canonis ipſius clauſula, vbi Concilium, inobedientium pœnas deſignans, eos omnes perſtringit, *qui abſque validiſſima ægrotatione vel Paganorum incurſu non obedierint*. Nec excipit detentos à Regibus, niſi detentio talis eſſet, & adeò violenta, vt omninò Epiſcopis auferretur eũdi libertas,

cuiuſ-

cuiuſmodi mox videbimus fuiſse detentionem Rhotadi Epiſcopi, ad impoſſibile enim nemo tenetur.

Videamus nunc quid contra noſtram propoſitionem dicat Natalis. Fatetur quidèm ipſe reſidere in Summo Pontifice poteſtatem vocandi Gallicanos Metropolitanos ad Synodalem, & multò magìs ad Generalem Conuentum, ſed propugnat *neceſſariam eſſe licentiam Regis ſecundùm Regni mores; & Gallicanæ Eccleſiæ diſciplinam, vt Epiſcopi è Regno diſcedant, ſiuè Romam, ſiuè aliò ituri, etiam ſi à Romano Pontifice vocentur. Quo caſu, Principi mandata Pontificis exponere debent, & vocationis cauſas. Quæ ſi canonicæ fuerint, nec aliæ obſint cauſæ legitimæ, & maximè ſi Reipublicæ paci nullum indè periculum immineat, integrum non erit Principi, ipſos detinere, eiſque licentiam recuſare. Quamquam, ſi recuſet, eius*

Maieſtati parere debeant Antiſtites, & impoſſibilitatem profectionis ſuæ, cum ea, qua par eſt reuerentia Pontifici excuſare. Hæc ille.

Cuius diſcurſus, vt appareat fæditas, dare pro nunc volo Natali Epiſcopos ſubditos eſſe Regibus in temporalibus, certè non audebit negare ipſos ſubditos Pontifici Summo eſſe in Spiritualibus, niſi velit omnimodis ſummam Pontificis deprimere dignitatem, & ſummum omnium Paſtorem, Epiſcopum Epiſcoporum, Eccleſiæ totius Caput, ſi non inferiorem, æqualem ſaltèm reddere Epiſcopis reliquis, contra Eccleſiæ totius ſenſum, generalium Conciliorum decreta, Patrum omnium teſtimonia, & ipſammet Sapientiã Incarnatam, & Veritatem æternam. Hoc autèm ſuppoſito: ſi alterutra ex his Poteſtatibus periculum vllum ſubire debet, debet forſan Spiritualis

ritualis Temporali poſtponi, Cœleſtis Terrenæ, Diuina Mundanæ? ſi hoc dicatur, inferam ſtatim etiam ſalutẽ Animæ ſaluti corporis poſtponendam: *Imperium nos quoque* (ait Greg. Naz. orat. 17. de Epiſcopis loquens, à fortiori de Summo Pontifice) *gerimus, & præstantius quidẽ ac perfectius niſi æquũ est Spiritũ Carni ſubmittere, aut Cœleſtia ſubijcere Terrenis*. Hoc autèm facerent procul dubiò Prælati, Regis mandata præ Pontificis iuſſa exequentes.

Addo hìc primò nedum Epiſcopos, ſed & Reges ipſos in Spiritualibus ſaltẽ Romano ſubiectos eſſe Pontifici, cui in Petro ſine vlla limitatione & reſtrictione dixit Chriſtus: *Paſce oues meas*. *Cui non planum*, ſubdit Bernardus lib. 2. de conſid. cap. 8. *non deſignaſſe aliquas, ſed aſſignaſſe omnes? nihil excipitur, vbi diſtinguitur nihil*. Et ratio eſt in promptu, & eruitur ex dictis S.

 ante-

antecedenti,hiſque verbis adducitur ab Angel.Præceptore,ſi verè ipſius eſt opuſc. 20. de reg. Principũ: *Sed quia finem fruitionis diuinæ,nõ cõſequitur homo per virtutem humanam,ſed virtute diuina: iuxta illud Apoſt.Rom.6.* Gratia *Dei vita æterna:perducere ad illum finem, non humani erit ſed diuini regiminis. . . . . Huius ergo Regni miniſteriũ,vt à Terrenis eſſent Spiritualia diſtincta, non terrenis Regibus, ſed Sacerdotibus eſt commiſſum, & præcipuè Summo Sacerdoti, Succeſſori Petri,Chriſti Vicario Rom* Pont. *cui omnes Reges populi Chriſtiani oportet eſſe ſubdito, ſicut ipſi D.I.C.Sic enim ei,ad quem finis vltimi cura pertinet,ſubdi debent illi, ad quos cura antecedentium finium, & eius imperio dirigi.* Hæc Pręceptor Angelicus,ex quo Cardinalis Bertrandus Epiſc. Auguſtodunenſis in Gallia tract. de orig.& vſu iuriſd.quæſt.3.hæc exſcripſit. *Iuriſdictio ſpiritualis Eccleſiæ, ſe habet ad iuriſdictionem*

ſæcu-

ſæcularem, *ſicut ars*, *quæ conſiderat finem ſe habet ad artẽ, quæ conſiderat illud*, *quod ordinatur ad finẽ*, *puta Militaris ad Equeſtrẽ*, *& Equeſtris ad Fræni contractiuam*, *ſeu rectiuam*. Quo iure igitur Reges, Papę mandata poſſunt impedire nè exequantur? quæ ratio ſuadet propter *antecedentes fines* ea quæ *ad finem vltimum* ſpectant ſpernere?

Addo inſuper Principes nedũ Rom. Pont. ſed & Epiſcopis, in quorum morantur Diæceſi in ſpiritualibus ſubiectos eſſe. Adeòq; Epiſcoporũ munus eſſe ipſoſmet Reges commonere, corrigere, arguere, obſecrare, increpare, prout in Domino ipſis viſum fuerit expedire. Reges enim Eccleſiæ filij ſunt, neque hoc, honorificentiori titulo gaudent. *Quid honorificentius*, ait Ambroſ. orat. cont. Auxentium, *quàm vt Imperator Eccleſiæ filius eſſe dicatur?* cui concordat celebre illud dictum Ioannis Papæ, cap. *ſi Imperator*

96. diſt. *Si Imperator Catholicus eſt, filius eſt non Præſul. Eccleſiæ: quod ad Religionem competit, diſcere ei conuenit, non docere.* At Epiſcopi, vt potè legitimi Apoſt. ſucceſſores, ne dùm filij Eccleſię ſunt ſed Patres, de ipſis enim dicitur pſ. 44. *Pro Patribus tuis nati ſunt Tibi filij, conſtitues eos Principes ſuper omnem terram,* iuxta Aug. interpetrationem: *Patres miſſi ſunt Apoſtoli, pro Apoſtolis filij nati ſunt Tibi, conſtituti ſunt Epiſcopi: hodiè enim Epiſcopi, qui ſunt per totum mundum vnde nati ſunt? Ipſa Eccleſia, Patres, illos appellat, ipſa illos conſtituit in Sedibus Patrũ* Patrum autem eſſe corrigere admonere &c: filios quis ambigit? hìnc Greg. Naz. orat. 17. cit. ad Principes conuerſus hæc habet: *Quid verò vos Principes & Præfecti? ad vos enim iam noſtra ſe conuertit oratio. Nam vos quoque meæ Poteſtati, meoque Tribunali lex Chriſti ſubijcit. Imperium enim nos quoque &c.* vt ſupra. Si igitur

Prin-

Princeps delinquit ob temporale aliquod bonum afferendum Reipubl. vèl damnum præcauendum, impediens Præſules ob ſpirituale Eccleſiæ bonum ad Synodum à Rom. Pontifice vocatos, Præſulum erit Principem corrigere, & admonere, non mandata Principis exequi.

Et hæc quidèm procedunt etiam in caſu, quo temporale aliquod Reipubl. damnum immineret. At dicere quòd etiam ſi nulla appareat cauſa, adhuc Præſules obedire teneantur Principibus eos iniuſtè detinentibus, nè Pontificis ipſos vocantis iuſsa exequantur, quid tanto abſurdius abſurdo? Mihi ſanè hoc (niſi ſano explicetur ſenſu) videtur illud malum, de quo miratur Eccleſiaſtes cap. 10. *Vidi ſeruos in equis, & Principes ambulantes ſuper terram, quaſi ſeruos.* vèl dicam hoc modo ſtabiliri in Eccleſia Sancta Dei, Manicheorum non abſimilem hæreſim. Ad

mittebant illi duo prima rerum Principia, bonum vnum, alterum malum. Admittit Natalis duo Eccleſiæ Capita, Pontificē videlicèt, & Principem ſæcularem, etiā ſi hic malus ſit; immò & admittit huic in malo obediendum eſse præ alio, dum admittit Epiſcopos Regis iuſsa, licèt Pōtificijs mandatis oppoſita, & iniuſta, omnique penitùs ratione deſtituta, prę pōtificijs exequi omninò debere. Quod, ſi eſset verum, Chriſtus Dominus Eccleſiam ſuam, neceſsarijs reliquiſſet auxilijs deſtitutam, laiciſque Principibus ſubiectam. Et in caſu, quo aliquis Princeps in hæreſim aliquam incideret non poſset Pontifex Summus pro ipſius conuerſione, & pro Fide ſtabilienda Concilium indicere, niſi veniam priùs poſtulando ab ipſomet Principe, quod quàm indignum ſit vt prodeat ab ore Catholici viri, ne dicam Religioſi, lectori indicandū relinquo. Solū hìc

hic aduerto prorſùs intolerabile eſse quod ait Natalis, conſuetudinem ſcilicèt huiuſmodi in Gallijs introductam eſse *Sede Apotſolica approbante*. Pro cuius probatione:

Adducit primò ex Boſquetto Montis Peſſulani Epiſcopo Nicolaum I. Summum Pontificem, qui ſcribens ad Rothadum Sueſſionenſem Epiſc. hæc habet: *Stude quantùm poteris, cum tibi Rex, & Epiſcopi, quemadmodùm ſtatuimus, licentiam dederint, Romã properandi, mox vtcumque venire non differas*. Quam auctoritatem confirmat Natalis, verbis ipſius Rothadi in libello appell. ad ipſummet Nicolaum Pont. *Cum illum* (Carolum Regem) *ſuppliciter anxièq; rogarem, vt mihi Romam eundi libertatem, ſicut ipſe conceſſerat, non tolleret, ſanctamque Apoſtolicam Sedem in ſuis Priuilegijs honoraret, reſpondit hoc ad meum ſpecialiter Metropol. Sanctumq; pertinere Conuentum, ſe tantùm Sacris Epiſcoporũ*

porũ monitis ac diſpoſitionibus obediturum profitebatur. Poſt quæ ſic nos vrget Natalis: *Nuſquam reſcripſit Nicolaus I. Regis conſenſũ non eſſe neceſſarium, aut Rothadũ licentiam exeundi è Regno poſtulare non debere, ſed ſolùm ipſi iniuſtè negari malis artibus Hincmari, qui Regis animum occupabat: Canoneſque & Priuilegia Sedis Apoſtolicæ violari per vim detinendo Epiſcopum, qui à Synodi ſentẽtia ad Rom. Pontificem appellauerat*.

Vt aduerſarij appareat animus, quàm ſit Sedi Apoſtolicæ infenſus, plura hic occurrunt notanda. Primò: ſi verba Nicolai Papæ ad Rothadum ſtatuunt neceſſariam Regis licentiam, vt ſine ipſa diſcedere nullatenùs poſſint è Regno Epiſcopi licèt à Rom. Pontif. vocati, ſtatuunt etiam & eodem modo neceſſariam eſſe licentiam Epiſcoporum Prouincialium, eodem modo enim de vtraque loquitur Pontifex: *cum tibi Rex & Epiſcopi &c.*

At

At non credam hoc aſſeri à Natali, vèl alio quolibet; quòd ſi aſſereretur, impugnari euidentiſſimè poſſet eadem Nicolai ep. ad Rothadum, in qua fatetur ſe pręcepiſſe Metropol. & Epiſ. reliquis *vt Te*(loquitur de Rothado) *de Monaſterio educerent & S. Petri memoriæ paritèr aut ipſi, aut Vicarij ipſorum tecum venientes honorificè præſentarent. Quòd ſi poſt lectam à nobis ſibi miſſam Epiſtolam intra 30. dierum ſpacium, noſtram non curaſſent Conſtitutionem perficere poſt 30. dies à Miſſarum Solemnijs celebrandis (quæ eis fortitèr interdiximus) penitùs ceſſarent, quò vſque noſtris definitionibus perfectam obedientiam demoſtrarent*. Notari debet 2. Rothadi impotentia Romã petendi ſine Regis, & Epiſc. licentia, erat enim Rothadus in Monaſterio detentus, vt ex verbis adductis Nicolai Papæ liquet, & fatetur ipſe met Rothadus in libello appell. ad Apoſt. Sedem. *Proh dolor! ablata eſt mi-*

gran-

grandi facultas, & circumſeptus cuſtodia in eadem ſum ciuitate retẽtus. Vndè non mirum quòd Nicolaus vſus fuerit illa conditionali: *Cum tibi Rex & Epiſcopi licentiam dederint.* Notanda eſt 3. particula illa: *quemadmodùm ſtatuimus*, qua ſatis indicatur Nicolaum, Regi, & Epiſcopis imperaſſe, vt Rothadum Romam venire permitterent, adeòque Regis non eſſe Epiſcopos detinere Romam vocatos. Notari debet 4. Nicolaum poſt verba præfata hæc ſubdere: *Quoniam ſi hùc Tibi veniendi non tribuerint facultatem, tunc id ipſum nobis indicare ſtudeto...... quoniam Nos diuina Clementia ſolatiante nullatenùs Te in finem obliuioni tradi, vita comite patiemur.* Quibus non obſcurè innuitur Pontificis animus conſtringendi Regem, & Epiſcopos ad exequutionem mandatorum ſuorum, cum quo poſſibile non eſt ipſum ſupponere in Rege ius dotinendi Rotha-

dum.

dum. Sed quid argumentationibus hiſce indigemus, cũ in epiſt. 30 ipſius Nicolai ad Carolum quæ habetur tom. 3. ep. Rom. Pont. clariſſimè legamus: *Tamquam deuoto filio præcipiendo, fidenter mandamus, vt dictum Rothadum, veſtro adiutum ſolatio ad nos vſque miſericorditer dirigatis?* At omittamus hæc omnia, & Natalem verbis ſuiſmet impugnemus. Fatetur ipſe Nicolaum reſcripſiſſe: *Canones, & Priuilegia Sedis Apoſtolicæ violari per vim detinendo Epiſcopum*, & quid clarius proferri poterat à Sancto Pontifice contra Regiũ ius ſuppoſitum à Natali detinendi Epiſcopos Romam vocatos?

Pro reliquarum obiectionum ſolutione, ſegregari hìc debet honeſtas, à neceſſitate. Et ſi de neceſſitate loquamur nullatenùs Regis veniam neceſſariam ſtatuimus, præſertim ſi appareat ipſum Pontificijs mandatis aduerſum eſſe. Si verò de honeſta-

te

te ſit ſermo non ambigimus honeſtiſſimum & laudabilem eſſe Antiſtitum à Rom. Pont. vocatorum vſum poſtulandi veniam à Principibus, qui, ſi cauſas vrgentes habent pro Antiſtitum detentione, illæ humiliter tùm ab ipſis tùm à Prælatis ſummo exponi debent Pontifici, cuius erit illas examinare, & quod ipſi videbitur in Domino magis expedire, decernere, adeòque *indè expectare debent leuamen vndè ſe conqueruntur accepiſſe grauamen*. vt obſeruat Iuo Carn. ep. 159. Si quidèm *Apoſtolica Sedes hoc ſolet habere præcipuum*, ait D. Bern. epiſt. 108. *vt non pigeat reuocare, quod à ſe fortè deprehenderit fraude elicitū non veritate promeritum*.

Quòd ſi adhuc mandatum ſuū reuocare renuerit Pontifex, præ oculis habendum monitum Carolo Magno Francorum Regi adſcriptum in capit. de honoranda Sede Apoſt. quod habetur in Concil. Tribur. anno 895. can. 30.

In

In memoriam B. Petri *Apoſtoli honoremus Sanctam Rom.& Apoſtolicam Sedem, vt quæ nobis Sacerdotalis Mater eſt Dignitatis, eſſe debeat Magiſtra Eccleſiaſticæ rationis, quarè ſeruanda eſt cum manſuetudine humilitas, vt licèt vix ferendum ab illa Sede imponatur iugum feramus & pia deuotione toleremus.* Et illud Iuonis Carnot. ep. citata. *Quoniam iudicia Rom. Eccleſiæ à nemine foris retractari poſſe, eadem R.E. docente didicimus, ſi qui aliquandò ſe prægrauatos ipſius Eccleſiæ authoritate conqueruntur, hoc eis conſilium damus, vt non deſcendant in Aegiptum propter auxilium.* Ab Ægypto autèm auxilium petere idem prorsùs eſſe, ac illud petere *à Regia Poteſtate* docet illuſtriſs. Petrus de Marca lib.4. concor. cap.17. §.7. Vndè D. Ioannes Damaſc. orat. 2. de imag. fol. mihi 72. ad Reges conuerſus; *Paremus*, inquit, *tibi Rex in ijs, quæ ad vitæ ciuilis negotia pertinent, vt in tributis, vectigalibus*

libus, congiariȷſque ſoluendis, quorum tibi quantùm ad nos ſpectat munus eſt creditum ac demandatum. At in Eccleſiaſticis rebus ſtatuendis ac decernendis habemus Paſtores, qui nobis locuti ſunt verbum, & leges atque inſtituta Eccleſiaſtica tradiderunt. Non transferimus terminos ſempiternos, quos nobis Patres noſtri conſtituerunt, ſed quæ nobis præſcripta ſunt, vt ea accepimus, tuemur, atque defendimus. Si enim cœperimus ædificium Eccleſiæ vèl paruis in rebus diruere, totum paulatim diſſoluetur. Honeſtatem præfatã tangit ſolummodò, (quidquid in contrarium dicat Natalis) Hadrianus I. ep. ad Carolum magnum verbis illis: *Sicut veſtri homines ſine veſtra abſolutione ad limina Apoſtolorum, neque ad nos coniungunt, ita & noſtri homines, qui ad vos venire cupiunt cum noſtra abſolutione & epiſtola veniant, quia ſicut nos sẽper veſtros homines ſuſcipientes commonemus, vt in vera fide, atque puri-*

tate

tate cordis, totis eorum viribus in veſtro maneant ſeruitio, ita & vos ſimili modo, quicumque ex noſtris hominibus ad vos venerint &c. In quibus verbis notari debet 1. Pontificem ſcribere ad Regem Rom. Eccleſiæ obedientiſſimum. 2. non loqui de ſolis Epiſcopis ſed etiam de *Comitibus, & cæteris hominibus*. 3. non loqui de Epiſcopis à ſe vocatis propter celebrationem Concilij, vel aliquam examinandã Eccleſiaſticã cauſam. Ex quibus alijſque obſeruationibus, quæ in epiſt. fieri poſſunt ſatis apparet Pontificem loqui de venia à Principibus petenda, cum Prælati è Regno diſcedunt, non quòd illa in omni & quocumque caſu ſit ſimplicitèr neceſſaria, ſed quòd ſit honeſta, & vtilis ad pacem conſeruandam, finemque à Pontificibus intentum faciliùs aſſequendum.

Hæc itidem honeſtas colligi ſolùm poteſt ex Philippo Franco.

Digitized by Google

corum Rege ep. ad Alex.3. Pontif. Max. Gulielmum Archiep. Remenſem Romam vocantem pro Patriarchali Synodo celebranda, eius nomine ex ſcripta à Stephano Tornacenſi Epiſcopo, in qua pontifici non obedire peccato ariolandi comparat, & ait ſe dictum Archiep. retinuiſse, non quòd ad Regium ius id ſpectaſſete ſed *in articulo ſummæ neceſſitatis noſtræ confidentes de præcipua dilectione veſtra retinuimus eum &c.* Poſt quæ Pontificem humilitèr precatur tamquam filius Patrem, vt Archiep. eumdem in Regno relinquere ſit contentus: *Suſcipite Pater preces noſtras, ſuſcipite preces filij veſtri, quē ab incunabulis ſemper dilexiſtis.* Adeò Regium illud ius à Natali propugnatum ignorabat Philippus.

Eandem denique honeſtatem comprobant exempla Gallicæ conſuetudinis adducta ex Hincmaro (quem quo ad hoc punctum rectè obſeruat Lupus can-

eandem authoritatem habere, ac Lutherus circa Synodum Tridentinam, & miror à Natali & alijs aduerſarijs Hincmarũ pro ſua ſententia adduci, cum Hincmarus in cauſa Rhothadi Romã appellantis,& vocati à Nicolao, ne dùm ſuis malis artibus Regis animum occupauerit,vt Rothadum diſcedere non permitteret, ſed & *nè legere quidem dignatus eſt Pontificis Maximi literas; mandatiſque illius inſupèr habitis, Dioſcori ſuperbiam, atque contumaciam imitatus eſt*, vt fatetur ipſemet Natalis diſſ.6.ſęc.9.&10.fol.371.) Flodoardo & alijs.Quòd ſi exemplum aliquod adducatur Regis cuiuslibet Epiſcopos Romam vocatos contra Pontificis Sũmi voluntatem retinentis, tolerante id fuiſse dicam Sede Apoſtolica non confirmante & approbante. Quæ eſt reſponſio, quam adhibet S.Thomas 2.2. q.12. art.2. ad 1. quæſito quare *Eccleſia tolerauit fideles ſeruire Iuliano Apoſtatæ?* reſ-

ſpondens his verbis : *Dicendum, quòd illo tempore Eccleſia in ſui nouitate nondùm habebat poteſtatem terrenos Principes compeſcendi : & ideò tolerauit fideles Iuliano Apoſtatæ obedire in his, quæ non dùm erant contrà Fidem, vt maius periculum Fidei vitaretur.*

Secunda : Synodus Photiana, quæ à Græcis, vt Oecumenica, octauæ nomine veneratur, Pſeudo-Synodus eſt, & vt talis à Catholicis penitùs reijcienda. Pro plena aſſertionis notitia, ſciendum, quòd licèt per Concilium generale octauum ſatis prouiſum fuerit Eccleſiæ bono, non ob id tamèn Photianum Schiſma terminatum fuit, ac extinctum. Ignatio enim Patriarcha defuncto, Baſilius Imperator perſuaſione Santabareni Monachi Photio addictiſſimi, Photium ab exilio reuocauit & in priſtinam Sedem reſtituit, Petri Nauim gubernante Ioanne VIII; qui noua in Sedē Conſtantinopolitanam Photij intruſione

truſione audita per Legatos tùm Imperatoris, tùm ipſius Photij, tùm Hieroſolymitani Patriarchę, qui ad ſollicitandam Photij reſtitutionē & in Thronum Conſtātinopolitanum confirmationem ad ipſum conuenerant, tanta imbecillitate eſt ductus, quòd Photij reſtitutioni acquieuerit, vndè illi, Fęminæ impoſitum eſt nomen, & ex hoc fabulā Ioannæ Papiſſæ originem traxiſſe cenſent Baronius alijſque non pauci. Habita Pontificia confirmatione, Photius lapidem omnem mouit contra Apoſtolicam Sedem, contra ſancita in Generalibus Synodis, contra Ignatij Patriarchæ ſectatores, contra ipſummet Ioannem Rom. Pontificem, cuius epiſtolas plures corrupit, innumeris propemodū mendacijs in ipſis inſertis, Synodumque Conſtantinopoli Prædonum more, celebrauit, quæ Concilij octaui nomine ab ipſo inſcripta, vt talis recepta eſt à Græcis Schiſma-

ticis Conciliorum compilatoribus.

Pauca hæc vtcumque inſinuata abundè ſufficerent pro aſſertionis probatione. Abs re nihilominùs non videtur nonnullas in particulari obſeruationes ſubnectere circa Photianam Synodum, quas qui cupit fuſiori calamo conſcriptas videre, perlegat Emin. Baronium ad annum 879. nec non & eruditiſſimum opus de octaua Synodo Photiana ab ingenioſiſſimo Leone Allatio editum.

Obſeruandum ergo eſt primò, quòd eſto Ioannes VIII. Photij reſtitutioni acquieuerit non tamèn in tantam deuenit dementiam, vt iura Eccleſiæ Romanæ, ſancitaque in Generalibus Synodis violauerit. Conſenſit Photij reſtitutioni, ſed non niſi datis priùs à Photio Pænitentię ſignis, iuxta Eccleſiæ conſuetudinem: *Itaque*, inquit Pontifex in ep. ad Imper. *Eundem Photium*

ſatisfaciendo Miſericordiam corã Synodo, ſecundùm conſuetudinem poſtulantem, in vera dilectione Fratrē, in Pontificali Officio Comminiſtrum, in Paſtorali Magiſterio Conſacerdotem, pro Eccleſiæ Dei pace & vtilitate, Chriſto fauente recipimus & habemus. At Photius, his de venia coràm Synodo petenda, deletis, hæc in ſui laudem adiecit: *Tu verò, qui præſtas ſapientia, & prudentia, & gratia à Deo Tibi largita.... omnes Tibi deuincire humanitate contendas eos, qui à Te procul ſunt ſegregati, & diſperſi ..... Non Te pigeat in Synodo prædicare Dei erga Tè Miſericordiam & auxilium, nec non SS. Rom. Eccleſiæ protectionem & tutelam, & laborem, quem pro Tua dilectione ſuſtinuit.* Ioannes in ſuis literis non approbat, ſed potiùs improbat, quòd ante ſuum aſſenſum Photius ab Imperatore fuerit reſtitutus in Thronum Conſtantinopolitanum, inquit enim ſe ſupplere, & ex indulgentia remediũ

afferre: *licèt Pietas Veſtra Photio vim inferendo Nos præuenit, in illo reſtituendo videlicèt antequàm noſtri Legati iſtùc veniſſent, hæc tamē Nos ſupplemus &c*: At Photius in contrarium ſenſum mutauit: *Scripſiſti Nobis, quòd Sanctiſſima Dei Conſtantinopolitana Eccleſia in Te recipiendo concors, & vnanimis facta eſt ... His de rebus, de Eccleſia, videlicèt, & de tua reſtitutione ... Deo ex corde gratias agimus*. Et infra: *Nec Nos ſatis certi eramus de Fraternitate Tua, quòd ad Tuam Sedem Te Deus reſtituiſſet, & iam ipſam obtinuiſſes: Si enim hoc resciuiſſemus, miſiſſemus procul dubiò (vt par erat) gratulaturi Tibi pro Tuæ Sedis receptione*.

Patet 2. nullitas Photianæ Synodi ex temerario Photij, ipſique adhærentium auſu, quo act. 3. Synodos à Nicolao & Hadriano Pontificibus Summis habitas, ipſamque Oecumenicam octauā in quibus Photius de multis ſceleribus conuictus fuit & anathema-

matizatus; ne dùm damnare, ſed & ipſam damnationem Ioanni Papæ impingere non ſunt veriti, falſificantes ipſius commonitorium Petro Legato datum, his inter alia additis; *Volumus, vt coràm vniuerſa Synodo promulgetur quòd Synodus habita aduersùs prædictum Patriarcham Photium tempore Hadriani Sanctiſſimi Papæ, tùm Romæ, tùm Constantinopoli ex nunc habeatur nulla & irrita & non numeretur cum alia Sancta Synodo:* At quis credet hæc à Pontifice Summo emanare potuiſſe? ſanè *nouũ eſt*, inquit optimè Allatius, *& numquam aliàs nec ante, nec post tẽpora Photij auditum, Eccleſiam Romanam semel ab ipso in Eccleſia Synodali calculo approbatum, reprobaſſe*.

Quòd ſi Ioannes (quod abſit) octauæ Occumenicæ Synodi dãnationi conſentijſſet, certè non niſi poſt ipſius prolatã ſententiã irrita eſſe cæpiſſet octaua Synodus; At Synodus Photiana auctorita-

te propria,& nondum Pontificijs literis habitis, Synodum præfatã, Summi Pontificis coactam Imperio, quatuor Patriarcharum authoritate firmatam, tot corroboratam Epiſcoporum ſubſcriptionibus, irritã declarauit, reiecit, anathematique ſubiecit. Apertè hoc euincitur Synodi Photianæ verbis, quibus inuita proprium virus euomuit, perlecto enim Pontificio Commonitorio; *Sancta Synodus reſpondit: Nos operibus ipſis abdicauimus & reiecimus, anathematizauimus eam, quæ à Vobis commemoratur Synodus, vniti SS. noſtro Patriarchæ Photio.*

Denique, vt miſſa quamplura alia faciam, geſta Photianæ Synodi nonnè ipſius nullitatem euidentiſſimè oſtendunt? Photius ipſi præſidet, non Legati, innumera aduerſùs Nicolaum & Hadrianum Pontifices Summos geruntur, Photius Summis exornatur laudibus, ipſius Sacerdotium

diuina

diuino decreto constitutum dicitur, Canoneſque contra Apoſtolicæ Sedis Primatum conduntur, quibus inter alia intercipitur recurſus ad eam, adeò vt Romanus Pontifex iudicare non poſſet, quos Photius condemnaſſet. Non igitur legitima, & Oecumenica fuit Photiana Synodus, ſed irrita, latrocinalis & nulla. Et vt talem habendam eſse nedum ſubſequentes docuere Pontifices, ſed ipſemet Ioannes VIII. tum in ep. ad Baſilium Imperatorem, & ad ipſum met Photium, irrita declarãs geſta omnia cõtra *Apostolicam præceptionem*, tùm in damnatione ipſiusmet Photij, quam factam ab ipſo fuiſse ſatìs edocent Formoſi Papæ literæ ad Stylianum, vt videre eſt apud cit. Baronium.

Tertia: Octaua hæc Synodus inter Oecumenicas eſt recenſenda. Certiſſima eſt aſsertio hæc, eamque in dubium vocare piaculum foret, fuit enim conuocata

iuſſu Hadriani Papæ, vt patet tū ex Anaſtaſio Bib. in præfat. huius eiuſdem Synodi ad Hadrianū II. dicente: *Miſſiſque cum auth*o*titate Apoſtolica Vicarijs & Epiſtolis Decretalibus iuſſiſti fieri Cōſtantinopoli Synodum &c.* tùm præſertim ex epiſtola ipſiuſmet Hadriani ad Baſilium Imper. *Volumus autèm per Veſtræ Pietatis induſtriam Conſtantinopoli numeroſū celebrari Concilium, cui noſtri quoque Legati Præſidentes, delictorum, hominumque diſcrimine perſpecto, ſtatim cuncta impij Conciliabuli exemplaria ab ijs, qui illa retinent allata ignibus concremanda tradant*. Præſedit ipſi Hadrianus per ſuos Legatos Donatum videlicèt Epiſc. Oſtienſem, Stephanum Epiſcopum Nepeſinum, & Marinum S.R.E. Diaconū, quod colligitur tùm ex adductis ipſius met Hadriani verbis, tum ex Concilij actis, act. enim 1. legitur: *Conuenientibus Donato, & Stephano Epiſcopis, & Marino*

Dia-

Diacono locum tenentibus Hadriani Archiep. ſenioris Romæ &c. act.8. *Donato Epiſcopo Oſtienſi*, & *Stephano Epiſcopo Nepeſino & Marino Diacono S.R.E. locum tenentibus Hadriani Papæ*. Denique ſemper præfati Legati, primi loquuntur primique omnium ſubſcribunt, quod eſt ſignum Superioritatis & Præſidentiæ. Confirmata deniq; fuit hæc Synodus ab Hadriano Pontifice Summo, vt ſatis deducitur ex ipſius ad Imper. Baſilium Epiſt. quæ ad actorum calcē habetur: *Ab illis ſacratiſſimis Conſtitutis, quæ vel Apoſtolicæ memoriæ Prædeceſſor noſter Nicolaus antea ſalubriter ſanxit, vel Nos poſtea diſpenſatoriè protulimus nulla motione vel mutatione diſcedimus. Quæ videlicèt iam dudum probauit Eccleſia, & immutilata ſeruanda nuper geſtum Vniuerſale Concilium ſtatuit &c.* Accedit, quòd Concilium hoc non niſi ex præuia Sedis Apoſtolicæ inſtructione fuit celebratum, vt apertè ſatis erui-

iuſſu Hadriani Papæ, vt patet tũ ex Anaſtaſio Bib. in præfat. huius eiuſdem Synodi ad Hadrianũ II. dicente: *Miſſiſque cum auth o titate Apoſtolica Vicarijs & Epiſtolis Decretalibus iuſſiſti fieri Cõſtantinopoli Synodum &c.* tùm præſertim ex epiſtola ipſiuſmet Hadriani ad Baſilium Imper. *Volumus autèm per Veſtræ Pietatis induſtriam Conſtantinopoli numeroſũ celebrari Concilium, cui noſtri quoque Legati Præſidentes, delictorum, hominumque diſcrimine perſpecto, ſtatim cuncta impij Conciliabuli exemplaria ab ijs, qui illa retinent allata ignibus concremanda tradant.* Præſedit ipſi Hadrianus per ſuos Legatos Donatum videlicèt Epiſc. Oſtienſem, Stephanum Epiſcopum Nepeſinum, & Marinum S.R.E. Diaconũ, quod colligitur tùm ex adductis ipſiuſmet Hadriani verbis, tum ex Concilij actis, act. enim 1. legitur: *Conuenientibus Donato, & Stephano Epiſcopis, & Marino Dia-*

Diacono locum tenentibus Hadriani Archiep. ſenioris Romæ &c. act.8. *Donato Epiſcopo Oſtienſi, & Stephano Epiſcopo Nepeſino & Marino Diacono S.R.E. locum tenentibus Hadriani Papæ*. Denique ſemper præfati Legati, primi loquuntur primique omnium ſubſcribunt, quod eſt ſignum Superioritatis & Præſidentiæ. Confirmata deniq; fuit hæc Synodus ab Hadriano Pontifice Summo, vt ſatis deducitur ex ipſius ad Imper. Baſilium Epiſt. quæ ad actorum calcē habetur: *Ab illis ſacratiſſimis Conſtitutis, quæ vel* Apoſtolicæ *memoriæ* Prædeceſſor *noſter Nicolaus antea ſalubriter ſanxit, vel Nos poſtea diſpenſatoriè protulimus nulla motione vel mutatione diſcedimus. Quæ videlicèt iam dudum probauit Eccleſia, & immutilata ſeruanda nuper geſtum Vniuerſale Concilium ſtatuit &c.* Accedit, quòd Concilium hoc non niſi ex preuia Sedis Apoſtolicæ inſtructione fuit celebratum, vt apertè ſatis erui-

tur ex libello à S.R.E. miſſo, cui ſe Patres Concilij deberent ſubſcribere, vt tetigimus in notulis Canonis ſecundi.

Accedit inſuper in aſſertionis cõfirmationẽ probatio Anaſtaſij Bibl. in præfatione Synodi VIII. hæc habentis: *Facta eſt igitur hæc Sacroſancta Synodus anno Imperij Baſilij pij Principis tertio, quæ vniuerſos Patriarchales Thronos, ſicut aliarum vlla in eorum loci Seruatoribus, Præſules habens, Vniuerſalis non inconuenientèr ab omnibus appellatur. Vniuerſalis eſt enim, primò quia Catholica Fides in ea; & ſanctæ Leges, quæ non ſolùm à Sacerdotibus, ſed & ab vniuerſis Chriſtianis coli debent, ac venerari contra hoſtes earum conſona voce defenduntur. Deinde quia cum Chriſtus in corpore ſuo, quod eſt Eccleſia, tot Patriarchales Sedes, quot in cuiuſq. mortali corpore ſẽſus locauerit, profectò nihil generalitati deeſt Eccleſiæ, ſi omnes illæ Sedes vnius fuerint voluntatis, ſicut nihil deeſt motui corporis,*

poris, ſi omnes quinque ſenſus integræ communiſq; fuerint ſanitatis . . . Tertiò, quia cum Photius *tot exceſſuū ſuorum morbo vniuerſam Eccleſiam maculauerit, vniuerſalis curatio adhibita eſt, vt totum curaretur quod totum fuerat maculatum . . . . Nuncupanda eſt ergo ſine omni contradictione Synodus vniuerſalis octaua &c.* Nec aſſertioni officit quòd in hac Synodo Fidei materia non ſit pertractata, nam vltra quòd hoc non eſt adeò verum, cum actum obitèr ſaltem ſit de cultu SS. Imaginum contra Iconomachos, & de vnitate Animæ rationalis in homine, contra Photium, vel alios innominatos hæreticos, ſufficit quod in Oecumenicis Synodis tractetur aliquod, quod ſpectet ad bonos mores, ad Eccleſiaſticam Hierarchiã bonumque Eccleſiæ regimen, & hoc eſt quod indicare videtur Anaſtaſius Bibl. in tertia ratione deſuper adducta in defenſionem aſſertionis, quam propugnamus.

LO-

LOCA LIBRORVM

In quibus tractantur de diſcuſsis in hoc Concilio.

D. Gregorius Nazianzenus tom.2. carm.4.de mundo. D. Auguſtinus lib.de duabus Animabus cōtra Manichæos D. Thomas in 4. d.24. Scotus ibid. Baronius, Spondanus, Biſciola aliiq; Baronij epitomatores ad annum 869. & 879. Binnius Coriolanus; Bail, Cabaſutius, Lupus, ad hoc Conciliũ. Emin. Ioſeph. Aguirre diſp.11.& pluribus alijs locis operis ſui de auth. infallibili Rom. Pontificis extra Concilium. Natalis Alexander hiſtor. Eccl. ſęcul.9. Abertus Pighius contr. 2. de Eccleſ. Leo Allatius in opere de Photiana Synodo.

NO-

Digitized by Google

NOTABILIVM INDEX

Numerus Paginam indicat.

A.

ABbates, quos ordines conferre poſſint? 300.
Acta Synodi ſextæ corrumpi non potuerunt poſt euulgationem ipſorum. 177. & ſeq. ante euulgationem habuit illa ſincera Agatho Papa, & in Hiſpanias miſit 178. & ſeq. duplicis generis fuere 180. ipſorum corruptio Clericis Conſtantinop. tribuenda. 181. & ſeq.
Adeodati Papæ in Peregrinos benignitas 26.
Agaparum vſus. 82. abrogatus 83.
Agatho Papa Synodum Romæ cogit, & Legatos ad Concilium Generale dirigit. 27 commendat Honorium Papam. 98. 104. Legatis authoritatem limitat 105. & ſeq. non dedit ipſis ſecretam inſtructionem contra Honorium. 111. Prædeceſſores Pontifices nuſquam erraſſe fatetur. 102. an id intelligi debeat de Pontificibus ex Cathedra ſolùm loquen-

quenr

quentibus ? 113. & ſequentibus non ſcripſit ad Legatos Synodi contra Honorium. 156.& ſeq. habuit acta ſextæ Synodi ſincera & in Hiſpanias miſit. 178.& ſeq.
D. Ambroſius ex Laico Epiſcopus cur factus ? 355.
Anaſtaſius Bibl. fauet Honorio. 144. & ſeq. ipſius tempore non erant epiſtolæ Leonis II. 216. vèl non ſcripſit Leonis II. vitam, vèl hæc eſt corrupta 147. & ſeq.
Animas duas rationales in homine qui admiſerint ? 359. & ſeq. rationes pro dicta dualitate. 360.& ſeq. Vnitas Animæ rationalis firmatur à pag. 361. vſque ad 371.
Apoſtolica Sedes differt ab hoc homine. 149.
Apoſtolorum Canonum approbatio facta à Trullana Synodo, nulla. 53. & ſeq. Canon 17. explicatur & vindicatur 58. & ſeq.
Aquarij heretici 69.
Arbor bona, bonam voluntatem, mala malam deſignat. 368. & ſeq.
Armenorum hæreſis circa Miſſam. 69.
Athanaſius Patr. Iacob. Heraclium Imp. ſeducit 6. & ſeq.

Ba-

B

BAronius vindicatur. 242. & ſeq.
D. Baſilij œconomia cum Macedonianis. 126. ipſi ſimilis œconomia Honorij ibid. & ſeq.
D. Bernardus materialem & ſpiritualem gladium tribuit Rom. Pont. 342.
Breuiarium Romanum an aliquid continuerit contra Honorium? 211. & ſeq.

C

CHriſti operationes quot? 35. vide operationum dualitas. Ipſius humanitas quo ſenſu inſtrumentum Diuinitatis? 49. & ſeq. ipſius regnum quo ſenſu non de hoc mundo? 333. & ſeq. pingi poteſt ſub figura Agni. 84. & ſeq.
Clementis Conſtitutiones reijciuntur. 53. & 55.
Clericis Conſtantinopolitanis corruptio ſextæ Synodi tribuenda. 181. & ſeq:
Clericorum veſtes ſint ſtatui conuenientes 67. & ſeq.
Collegium inſigne flammis traditum a Leone Iſauro. 250.
Combefis infenſus Honorio. 141. eius

eius reſponſio ad D. Maximum & Ioannem IV. Honorio fauentes friuola. 142. & ſeq: impugnatur ad hominẽ 149. eius rationes inefficaces 156:& ſeq. cenſet Agathonem ſcripſiſſe ad Legatos contra Honorium, ſed parùm ſolidè 156.& ſeq.
Concilia Prouincialia quãdo habenda ? 61.& ſeq.
Conciliabulum Sergij reiectũ à Rom. Pont. 14.
Conſtan inop. ſecundi Concilij corruptio. 187.
Conſtantinop. tertium à pag. 1. vſque ad 247. eius hiſtoria á pag. 2. vſq; 33. Canones nullos edidit 31. corruptum eſſe paſſim probatur. Et ſi ignoretur modus corruptionis adhuc cenſeri debet corruptum 153. & ſeq. corruptio dicta exẽplis cõprobatur 168 & ſeq; accidit ante euulgationem Concilij à 174. vſque ad 222. vide Acta Synodi ſextæ.
Conſtantinop. quartum Concilium à 345 vſque ad 446. hiſtoria a 346. vſque ad 348. Canones 371 vſq. ad 410 defenditur ęcumenicum eſſe à 441. vſque ad 445.
Conſtantinus Imp. à Martina eius Nouerca interimitur 15.
Conſtantinus Pagonatus Imp. ſcripſit ad Rom Pont: pro conuocatione generalis Concilij 27.
Con-

Conſtantinus Copronymus S.S. Imaginum hoſtis 257. eius blasphemia in Virg. Mariam ibid. Conciliabulum celebrat. 259. Conſtantinum Monachum, Patriarcham efficit. ibid. ſcelera ipſius. 261.
S. Cyprianus ſententiam de rebaptizandis hæreticis correxit 154.

D

DIaconi ſunt inferiores Presbyteris 60. & ſeq. ipſorum numerus, quinam? 64. ſepté Diaconi electi ab Apoſtolis erant Sacramentali conſecratione initati ibid. & ſeq.
Diurni Rom; Pontif: interpolationis ſuſpectio 165.

E

ECcleſia cur tolerauerit fideles ſeruire Iuliano Apoſtatæ? 433.
Ectheſis Heraclij à Sergio compoſita 13. confirmatur in Conciliabulo Sergij 14.
Eliberitanum Concilium vindicatur 308. & ſeq. an prohibuerit picturas & imagines? 309. & ſeq.
Epiſcopatum dare Laicis quando licuit? 355.
Epiſcoporum conditiones, quæ? 293. ipſorũ electio independens à Principi-

cipi-

cipibus ſæcularibus 405. & ſeq. vocati á Rom. Pontif. impediri nequeunt à Principibus à 411. vſque ad 434.
Epiſtolarum Romanorum Pontificũ corruptio 206. & ſeq.
Epiſtola D. Ioannis Paſtricij ad Authorem à 161. vſq. ad 222.
Epiſtolæ Leonis II. vide Leonis II. epiſtolæ.
Epiſtolæ Honorij Papæ vindicantur ab Hęreſi á 223. vſque ad 230.
Epitaphia in Honorij laudem. 208. & ſeq.
Euangeliorum liber in quanta veneratione olim habebatur? 377.
Eucharistia dici nequit imago Corporis Chriſti. 269. abuſus dandi illã mortuis 86. dabatur olim in manibus Laicorum. 91. quandonam talis vſus abrogatus? 93.
Eugenius I. Papa reijcit Petri Patriarchæ Conſtant. Synodicam. 18. & 24.

F

Filij & ſerui Hebræorum an baptizandi? 297.
Franciſcus Marcheſius, vide Marcheſius
Francofordienſe Concilium an damnauerit Nicænam II. Synodum? 311. & ſeq. corruptum ab hæreticis 313. & ſeq.

Gar-

G

Garnerius gloriatur ſe in Honorij cauſa omnem litem componere 163. ſed parùm ſolidè 164. & ſequ. Impugnatur ad hominem, ibid.

Georgius Patriarcha petit ne anathematizentur perſonæ Patriarcharũ Conſt. 158. 190. & ſeq.

S. Germanus Patriarcha defenſor Imaginum contra Leonem Iſaurum 250. & ſeq. alapa ipſi infligitur, & exul mittitur ibid.

Græci faciles ad corruptionem textuum 163. ipſis tribuenda corruptio Synodi ſextæ 181 & ſeq.

Gregorij II. Papæ conſtantia aduersùs Leonem Iſaurum 253. & ſeq. Synodum Romæ cogit 255. à Leonis obedientia abſoluit populos ibid. & à pag. 135. vſq. ad 343. iure id fecit ibid. quo ſenſu inermem ſe appellet? 317. & ſeq.

D. Gregorius M. in ep. ad Mauritium an deneget Pontif. Summis poteſt. in tempor? 339. & ſeq. Pontificiæ Poteſtati fauet 342.

Gregorius VII. quo ſenſu inueſtiturarum collationem à Principibus factam, hæreſim dixerit? 407.

H

HAdrianus II. Concilium Romæ conuocat 351. legatos ad Generale Concilium mittit ibid.
Hæretici rebaptizandi, qui? 89. quomodo recipiendi? 354. Ordinationes ipſorum validæ 379. & ſeq.
Hebræis an fuerint olim prohibitæ imagines, vel cultus ipſarum? à 285. vſque ad 291.
Heraclius Imp. hæreſim Monoth. fouit 4. & ſeq. Ecthesim promulgat 12, ſuam eſſe negat 13.
Hincmari Remenſis ſuperbia 433.
Honorius Papa Sergij epiſt. benignè reſpondit, & quare? 9. Sophronio adhærens Monoth. damnat. 11. non fuit in ſexta Synodo damnatus, nec potuit damnari à 94. vſque ad 222. ab Agathone laudatur. 102. & ſeq. damnari non potuit inconſulta Sede Apoſtolica 106: ipſius œconomia defenditur 122. 123. & ſeq. ſimilis oſtenditur Oeconomię D. Baſilij cum Macedonianis 126. & ſeq. eadem ſimilitudo probatur ad hominem contra Tamagninum 128. & ſeq. diuerſa ab Oeconomia Sergij & Iudæorum 135: & ſeq. Oeconomiæ dictæ laus eruitur ex S. Maximo 139. & ſeq: qui non piè tan-

Digitized by Google

tùm ſed ſolidè Honorij mentem, explicat 142.& ſeq. an & quo ſenſu locutus ſit ex Cathedra in ep. ad Sergium ? 151.& ſeq. Honorij cauſa diuerſa à cauſa Patriarch: Conſt.158.& ſeq. difficilis 162. & ſeq. circa ipſam ſententiarum varietas 162. 166. & ſeq. Epitaphia in Honorij laudem 208.& ſeq. vindicantur epiſtolæ Honorij ab hæreſi á 223. vſq. ad 230.

Homo vnicam habet Animam rationalem. à 361. vſque ad 371. componi non poteſt ex naturis contrarijs. 362.

Hymnus *Te Deum* authoribus alijs à DD. Aug.& Ambr. adiudicant aliqui 169.

I

ICONOMACHI quomodo recepti à Synodo Nicęna? 265.& ſeq. ipſorũ rationes 271.& ſeq. vide Imaginum cultus:

Idolum quomodo differat ab Imagine ? 284.

Ignatius Patriarcha exul mittitur. 347. á Nicolao Papa reuocatur; 349.

Imaginum vſus & cultus an prohibiti hebræis ? à 285. vſque 292. cultus ipſarum ſtabilitur rationi-

bus

bus à 273.vſq; ad 283.rationes hæreticorum ſoluuntur à 284. vſq. ad 292. Imago quo modo differat ab Idolo ? ibid.
Infallibilitas Papæ extra Concil. 374. & ſeq.
Ioannæ Papiſſæ fabulæ origo. 435.
Ioannes IV.Papa Ecthefim damnauit 23. in pauperes liberalis ibid. fauet Honorio 141. vindicatur à Combefis 142.
Ioannes Garnerius, vide Garnerius,
S.Ioannes Damaſcenus defenſor Imaginum 252.& ſeq. ipſi dextera amputata, & miraculoſè reſtituta, 253
Ioannes VIII.Photium reſtituit Sedi Conſt.435. & ſeq. ipſum denuo anathematizat.441. Photianam Synodum reijcit ibid;
Ioannes Paſtricius laudatur 160. eius epiſtola ad Authorem à 161. vſque ad 222.egregius Honorii defenſor ibid.
Ioſeph Cardinalis Aguirre inuictus Pontificiæ infallibilitatis defenſor, pro illa adducitur 374; & ſeq.
Irregularitas ex duplici Matrimonio quando habetur ? 58.& ſeq.

Iai-

Digitized by Google

L

LAicos in Epiſcopos eligere, quando licuit? 355.
Legati Apoſtolici an oſtendere teneantur Concilio legationis mandatum? 357.
Legatorum Concilii 3. Conſt. ſcientia á 97. vſque ad 101. quo ſenſu eos idiotas appellauerit Agatho Papa? ibid. quomodo ſe geſſerint in legationis munere? 98. ipſorum authoritas reſtricta ab Agathone. 105. & ſeq. ipſorum ſilentium an faueat Honorio? 118 & ſeq. diſcrimen dicti ſilentii a ſilentio Legatorum 7. & 8. Synodi in cauſa Honorii 119.& ſeq: loqui tenebantur pro Honorio. 196.
Leo II. Papa non vertit totam Synodum ſextam 216.& ſeq. ipſius vita vel non compoſita ab Anaſtaſio, vel corrupta 147.& ſeq. eius epiſtolæ falſificatæ 147. & ſeq. 213. & ſeq. aduerſantur epiſtolæ Agathonis 151. non erant tempore Anaſtaſii Bibliot. 216.
Leo Iſaurus Imp. hoſtis S. S. Imag. 249.& ſeq:
Leo Copronymi filius hoſtis SS. Imagin. 262. ipſius ſcelera ibid. & ſeq.
Liberii Papæ lapſus quomodo? 126.
Lupus Quini-ſextæ Synodo tribuit Apoſtol: Legationem 235. impugna-

gnatur ibidem & ſeq.

M

MAcarii Antiocheni malitia 188. & ſeq.
Manichæorum hæreſis quæ ? 89
Marcheſius inclytus Honorii defenſor adducitur pluries.
Marcionis errores 90.
S. Martinus Papa exul mittitur, & feliciter obit 21.
Matrimonium initum à Græcis ordinatis aliquo ordine maiori poſt ordinationem, irritum, non ante 58. Orthodoxi cum hæretica, & viceuerſa, an validum ? 81.
S. Maximus Abb. Pyrrhum conuincit 16. laudat Honorij œconomiam. 139. & ſeq. non piè ſolùm, ſed ſolidè Honoriũ defendit 142. & ſeq. vindicat Honorium ab Hęreſi. 225.
Mauritius Imper. tali dignitate indignus 340.
Michaëlis Imper. ſcelera. 399.
Miſſæ ſacrificium in fer. quadrag. non celebrabatur à Græcis 76. errores circa ipſum 69.
Modus corruptionis ſextæ Synodi quód ignoretur, non nocet Honorio 154. traditur veriſimilior, & probabilior á 161. vſq. 222.
Monotheliſmus in quibus Concilijs damnatus ? 31. & ſeq. ipſius initium

&

& progreſſus . 3. & ſequentibus. rationes pro ipſo 35. & ſeq. rationes contra ipſum à 35. vſq. ad 52.

N

Natalis Alex. in Honorij cauſa impugnatur 95, & ſeq. non benè explicat Agathonis epiſt. 108. & ſeq. non benè impugnat Tamagninum. 132. non ſibi conſtat. ibid. malè vtitur verbis Anaſt. Bibl. contra Honorium 144. & ſeq. Synodo Quini ſextæ tribuit Legationem Apoſtol. ſed paràm ſolidè 235. contendit Gregor. II. non priuaſſe Leonem Imp. tributorum exactione 315. & ſeq. Impugnatur & contradictionis arguitur 316. & ſeq. non benè explicat D. Thomā 319. & ſeq. 327. & ſeq.

Naturarum multiplicitas multiplicitatem arguit operationum. 35.

Nicænum II. Concil. à 248. vſq. ad 344. ipſius hiſtoria. 249. & ſeq. œcumenicum eſſe probatur. 305. & ſeq. ab hæreticis vindicatur 308. & ſeq. ipſius Canon. 8. non receptus 297.

Nicolaus I. Papa Romę Concil. celebrat, & Legatos Conſtantinop. dirigit pro Ignatij reſtitutione. 348. & ſeq.

Digitized by Google

OEconomia Honorij. vide Honorius.
Oeconomus haberi debet in quacumque Eccleſia 299.
Operationum dualitas in Chriſto rationibus firmatur a 35. vſq. ad 44. Rationes in contrarium ſoluuntur à 44. vſque ad 52.
Ordinationes factæ ab hæreticis an validæ? à 378. vſq; ad 382.
Ordines an conferri queant ab Abbatibus? 300.
Ordines omnes, & ſinguli ſunt vera Sacramenta, & à Chriſto immediatè inſtituti 384. & ſeq. in primitiua Eccl. fuit ſingulorum vſus 389. materia & forma ipſorū quomodo a Chriſto inſtituta? 391.

P

PArochi cur nequeant deponere Reges? 338.
Paſchalis Papæ timiditas. 408. Henrico Inueſtituras concedat ibid.
Patriarchæ Conſtant. damnari nequeunt ſine conſenſu Apoſt. Sedis 306. perſonas ipſorum damnare voluit ſexta Synodus 192. & ſeq.
Pauli Patr. Conſt. ſimulatio 17. Edictum Ecthesi Sergianæ ſimile condit ibid. à Theodoro Papa anathematizatur ibid.

Digitized by Google

Petri Patr. Conſt. malitia 18. eius Synodica ab Eugenio Papa reijcitur ibid. eius ſimulatio 19 & ſeq.

Photij ſcelera 346. & ſeq. Conciliabulum celebrat 348. & ſeq. Ignatium Patriarcham deponit ibid. ipſius obſtinatio 356. & ſeq. an validè fuerit ordinatus? 379. & ſeq: à Ioanne VIII. abſolutus 434. & ſeq: Concilium ſub ipſo habitum, & à ſuis œcumenicum octauum, dictum, oſtenditur nullum à 435. vſque ad 441. epiſtolarum Rom. Pont. corruptor 437. & ſeq.

Pœnitentia impoſſibilis reddita admiſſis duabus Animabus rationalibus in homine 364. & ſeq.

Pontifex Rom. extra Hæreſis caſum damnari nequit 204: probabile eſt nec vt Doctorem priuatum errare poſſe 114. vſque ad Agathonem an vllus errauerit? ibid. & ſeq. habet ſaltem indirectam poteſt. in temp. 318. probatur id ex D. Tho. 319. & ſeq. 326. & ſeq. ipſius infallibilitas extra Concil. 374. & ſeq. vocare poteſt Epiſcopos quoſcumque à 411. vſque ad 434.

Principes ſæculares nec indirectè poteſt. habent quoad ſpiritualia 319. quibus nam Concilijs poſſint interuenire? 401. & ſeq. an & quando poteſtatem habeat circa Epiſcopo-

rum electionem? à 405. vſque ad 408. ſubditi ſunt Rom. Pont. & Epiſcopis 417. 418. & ſeq. Epiſcopos vocatos à Rom. Pont. impedire nequeunt à 411. vſque ad 434.

Prouincialia Côcilia quando habenda ? 61. & ſeq.

Pyrrhi Patr. Conſt: malitia 15. Patriarchatū deponit conſcius mortis Côſtantini ibid. à Theodoro Papa excomm. Chriſti Sanguine in atramentum immiſſo 16. conuictus à S. Maximo coram Theodoro Papa fictè abiurat errorem ibid. iterum Patriarchatum aſſumit 18.

Q

QVini ſexta Synodus cur ſic dicta? 31. nullos habuit Leg. Apoſtol. 234. & ſeq. quo anno fuit habita ? 242. & ſeq. quis ipſius præſes? ibid. Canones ab ipſa conditi nullius firmitatis 23 . & ſeq. vide Trullani Canones.

R

REgnum Chriſti quo ſenſu non ſit de hoc mundo? 333. & ſeq.

S

SErgius Patr: Conſt. ex optimo fit peſſimus 3. Monothelismū ſpargit

git ibid. & ſeq. ſeducit Cyrum 4. Ecthesim in Conciliabulo confirmat 14.
Sergius Papa Synodum Quiniſextam reijcit 232.
Seuerini Papæ ſanctitas 23.
Sophronius Sanctiſs. Monachus Sergio & Cyro ſe opponit 7: & ſeq. cum Sergio de ſilentio vnius vel duarum operationum Chriſti, conuenit ibid. Hieroſolymorũ Epiſc. factus Honorio ſcribit, & ad ſuam ſententiam trahit 10. & ſeq.
Spiritualis poteſtas quandonam ſecũ trahat poteſt in tempor' 338.
Symbolum *Quicumque* D. Athanaſio tribuendnm non eſſe, dicunt non nulli 169.

T

TAmagninus fatetur per particulam *ſaltem tacendo* Honorium exprimi 103. non ſibi conſtat in cauſa Honorii 129. & ſeq. Honorium hæreticum facit 135 malè cõparat œconom. Honorij, cum illa Sergij, & Iudæorum 133. & ſeq. malè vtitur author. Anaſtaſij Bibliloth. contra Honorium 144. & ſeq.
Tharaſius Patr. Conſt. Nicænæ Synodi celebrationem promouet 264.

rum electionem? à 405. vſque ad 408. ſubditi ſunt Rom. Pont. & Epiſcopis 417. 418. & ſeq. Epiſcopos vocatos à Rom. Pont. impedire nequeunt à 411. vſque ad 434.

Prouincialia Cōcilia quando habenda ?61.& ſeq.

Pyrrhi Patr. Conſt: malitia 15. Patriarchatū deponit conſcius mortis Cōſtantini ibid. à Theodoro Papa excomm. Chriſti Sanguine in atramentum immiſſo 16. conuictus à S. Maximo coram Theodoro Papa fictè abiurat errorem ibid. iterum Patriarchatum aſſumit 18.

Q

QVini ſexta Synodus cur ſic dicta? 31. nullos habuit Leg. Apoſtol. 234.& ſeq. quo anno fuit habita? 242.& ſeq. quis ipſius præſes? ibid. Canones ab ipſa conditi nullius firmitatis 23 0.&ſeq. vide Trullani Canones.

R

REgnum Chriſti quo ſenſu non ſit de hoc mundo?333.& ſeq.

S

SErgius Patr: Conſt. ex optimo fit peſſimus 3. Monothelismū ſpargit

tegit ibid. & ſeq. ſoluerit Cyrum 4. Ecthesim in Conciliabulo confirmat 4.

Sergius Papa Synodum Quiniſextam reijcit 232.

Seuerini Papæ ſanctitas 23.

Sophronius Sanctiſs. Monachus Sergio & Cyro ſe opponit 7. & ſeq. cum Sergio de ſilentio vnius vel duarum operationum Christi, conuenit ibid. Hieroſolymorũ Epiſc. factus Honorio ſcribit, & ad ſuam ſententiam trahit 10. & ſeq.

Spiritualis poteſtas quandonam ſecũ trahat poteſt in tempor. 138.

Symbolum *Quicumque* D. Athanaſio tribuendum non eſſe, dicunt non nulli 269.

T

TAmagninus fatetur per particulam *ſaltem tacendo* Honorium exprimi 103. non ſibi conſtat in cauſa Honorii 129. & ſeq. Honorium hæreticum facit 135 malè cõparat œconom. Honorij, cum illa Sergij, & Iudæorum 133. & ſeq. malè vtitur author. Anaſtaſij Biblioth. contra Honorium 144. & ſeq.

Tharaſius Patr. Conſt. Nicænæ Synodi celebrationem promouet 264.

cur

cur ex Laico ſubitò Epiſcopus creatus? 355.

Theodorus Papa anathematizat Pyrrhum, Chriſti Sanguinem in atramentum immittens 17. anathematizat Paulum Pyrrhi ſucceſſorem. ibid.

D. Thomas tribuit Rom. Pont. poteſtatem in tempor. 319. & ſeq. 326. & ſeq 336.

Traditiones firmiter tenendæ 372. & ſeq.

Trullani Canones à 53. vſque ad 94. Canon 13. erroris arguitur 63. ſicut & 30 pag. 69. 36: pag: 71. 39: pag. 72. Canon. 72. explicatur 81. Can. 82: erroneus 84, & ſeq. non habent authoritatem 231: & ſeq: non recepti in Oriente 233:

V

VAlentini errores 90.

Vaſquez negans ordines omnes & ſingulos eſſe Sacramenta impugnatur 386; & ſeq:

Vitaliani Papæ benignitas erga Conſtantem Imp: 24: & ſeq: eius nomen in diptycis legebatur ibid: ſed dein expunctus fuit ab hæreticis ibid:

Vxores duas accipiens quando irregularis? 58: & ſeq;

Digitized by Google

Erratorum Correctio.

Pag.	*lin.*	*Menda.*	*Correctio.*
1	21	iuta	iuxta
19	10	dirigere	dirigi
20	5	ſancti	ſancto
21	12	in quo	ſed
21	25	exilio	exul
31	5	ipſi	ipſo
37	15	poſſunt	poſſent
42	7	Dominus in quoChriſtus	in quo Chriſtus Dominus
50	11	illito	illitum
66	6	Clerici habitu	Clericali more
107	27	limitos	limites
142	17	viderit	videret
250	21	conſultis	inconſultis
264	8	ſcripſere	ſcripſit
275	8	pater	pater
283	1	habeatur	habeantur
298	4	libri	libros
298	5	editi	editos
298	10	illa	illos
266	11	ſe oſtenderent	ſe oſtenderent renitentes

Pag.	*lin.*	*Menda.*	*Correctio*
302	17	in alio	in aliud
308	12	cenſuerint	cenſerent
314	11	imagibus	imaginibus
329	21	Auctori	authoritatem
355	8	ipſique reſpondet	ipſi reſpondens
356	13	ſollicitantur	& ſollicitati
417	15	iuſsa	iuſſis

Sic craſsiora emendanda ſunt errata, reliqua, ne docto perſtringas vngue, Humaniſsime Lector, ſed benigna commiſeratione corrigito.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google